D475i

INSCRIPTIONES LATINAE

SELECTAE.

EDIDIT

HERMANNUS DESSAU.

VOL. III, PARS II.

177546-177547
17.1.23

BEROLINI
APUD WEIDMANNOS
MCMXVI.

CN
521
D4
V. 3

PRAEFATIO.

Opus absolvo quod me per viginti quinque annos tenuit, non solum singulis mortalibus sed universis rebus humanis longum temporis spatium. Diutina haec mora excusatione vix eget; moles et difficultas operis auctorem satis excusabunt. Ceterum haec mora ipsi operi valde profuit; ita enim factum est, ut multae inscriptiones per cursum viginti quinque horum annorum repertae partim in ipsius operis partes posteriores, partim in Addenda operi adiecta (vol. III p. IX seq.) recipi et auxilio indicum cum ceteris partibus coniungi potuerint. Sola pars postrema Addendorum, cui Mantissae nomen dedi (vol. III p. CLVIII seq.), post indices demum impressa, hac cum reliquis partibus coniunctione caret; ea igitur seorsum adhibenda erit.

Propositum mihi erat, ut initio operis professus sum, ex ingenti numero inscriptionum Latinarum eas seligere quae res scitu maxime dignas continerent; et iam a me effectum esse puto, ut monumenta illa, quingentorum fere annorum uberrimam et fidissimam memoriam complexa, facilioris accessus sint quam antea. Omissa a me esse scio non pauca quae recipi potuerunt, nonnulla quae recipi debuerunt. Officium seligendi inscriptiones iudicium quoddam de dignitate inscriptionum mihi imposuit, in quo iudicio sine dubio interdum lapsus sum. Et cum inscriptionum collectiones tam veteres quam novas, item effossionum et peregrinationum relationes varii generis assiduo percurrerem, tamen accidit, ut monumenta nonnulla aut plane me fugerent aut certe tunc laterent cum recipi debebant. — Consulto autem omisi inscriptiones aliquot insignes, quarum extant editiones separatae et omnibus notae, praecipue monumentum Ancyranum et monumenta legalia, ita tamen ut ex his pleraque reciperem quae ad ius publicum pertinent. Ex fastis magistratuum et ex fastis anni civilis specimina tantum pauca dedi. Praeterea necessitate cogente omisi multas inscriptiones quae lacerae vel male descriptae ad nos pervenerunt. Hoc genus inscriptionum non quidem procul habui, sed tamen prae ceteris aliquantum neglexi. Si unius eiusdemque classis inscriptiones praesto erant aliae integrae et lectionis certae aliae tem-

poris vel descriptorum culpa corruptae, illas praetuli. Sed tamen etiam in inscriptionum frustulis et in inscriptionibus neglegenter descriptis saepe latent res memorabiles et diligentia studiosorum dignae; moneo igitur eos quibus haec studia aliquando cordi erunt, ut haec et similia a me omissa non solum non neglegant, sed in Corporis inscriptionum Latinarum voluminibus et in reliquis inscriptionum editionibus curiose anquirant.

Praecipua cura a me adhibita est indicibus (vol. III p. 1—954). Et pro norma erant indices Corporis inscriptionum Latinarum, hanc praecipue ob causam, quod sylloge mea aditum quodammodo parare debet ut ad ipsa Corporis volumina ita etiam ad indices eorum; sed interdum ab hac norma recedendum erat. Sylloge mea rebus memorabilibus multo magis referta est quam ullum ex Corporis inscriptionum voluminibus; et verendum erat, ne indices mei, si indices Corporis inscriptionum anxie sequerer, nimium in modum excrescerent, verendum erat, ne lectorum animi vel oculi ipsa mole rerum enumeratarum deterrerentur. Saepe mutavi, saepe coarctavi quae in chartas conieceram, ratus modum aliquem aptiorem distributionis inveniri posse. Et non solum mihi ipse hoc onus corrigendi et refingendi imposui, sed etiam a typotheta ut telam iam contextam reficeret saepius quam id fieri solet flagitavi; non raro enim post compositas demum paginas apparebat, parum commodum lectori futurum esse ordinem institutum. Variis his temptaminibus non solum labor meus crevit sed etiam impensae a bibliopola in opus faciendae in dies auctae sunt; quod moneo, ne quis pretium voluminis, quod, nisi fallor, etiam nitiditate typorum se commendat, iniquum iudicet.

Plurimum haesitationis attulit index grammaticus (vol. III p. 802—875); atque iam in eo eram, ut talem indicem plane omitterem, arbitratus eum parvae utilitatis futurum vel certe non id praestaturum, quod philologi ab eo expectant. In indice enim syllogae inscriptionum philologi maxime quaerunt notitiam sermonis vulgaris; sermonis autem vulgaris sylloge mea imaginem praebet minime plenam. Ad res memorabiles attendi, cum inscriptiones collegi, non ad sermonis proprietates vel scribendi errores. Nullam inscriptionem exclusi propter infantiam scriptoris, sed non magis ullam recepi propter solam vulgarem dictionem. Omnino in sylloge mea inscriptiones scriptae ab eruditis et locupletibus numero superant inscriptiones plebeiorum. Vetustae quoque linguae exempla nonnulla desunt propter omissionem de qua supra dixi fragmentorum. Re tamen diutius ponderata nolui supprimere quae multo cum labore congesta non minore labore in ordinem aliquem redegeram, et spero hanc quoque partem indicum meorum cum fructu adhiberi posse.

Thesauro huic inscriptionum Latinarum congerendo et supplendo omnes fere nationes Europae (nec iam solius Europae), prout tempora ferebant vel vires permittebant, operam dederunt, etiam regione remotae et nulla antiqua communione cum mundo Romano coniunctae, sed nulla opinor magis quam Germania nostra, certe saeculo eo quod iam praeteriit, quo virum tulit magni animi et incomparabilis ingenii, huic studiorum generi maxime deditum, Theodorum Mommsen, Corporis inscriptionum Latinarum conditorem. Hic vir, cuius disciplina per paene triginta annos frui potui, volumina haec nascentia vidit et plagulas operis, antequam ederentur, quoad vixit, cum assensu perlegit. In Mommseni locum, defuncti a. 1903, etiam in hac re successit Otto Hirschfeld, nam hic quoque plagulas meas fere omnes perlegit et in dubiis rebus prudenti suo consilio liberalissime me adiuvit.

Opus inchoaveram et paene ad finem perduxeram tempore pacis diuturnae, quam non aeternam — hoc enim natura humana non admittit — sed longe ultra uniuscuiusque nostrum vitae spatium duraturam cupidi credideramus, simultates si quae erant inter populos sapientia principum componi posse putantes. Sed spes fefellit. Repente turbo exortus est, et intra paucos dies facies Europae mutata. Magni populi contra nos coorti; ab extremo orbe adversarii nobis excitati; medio in discrimine ab amicis relicti sumus. Hodie virtute populi Germanici impetus adversariorum repulsi sunt; sed pax nondum parta, pace autem facta solitudo nos excipiet et orbitas, flore iuventutis clarissimarum nationum extincto. At si aliquando non solum pax redierit sed etiam tranquillitas animorum, et mundus revirescere coeperit, tunc haec reliquiarum mundi antiqui collectio et doctae Germaniae honori erit et studiosis omnium nationum utilitati.

Scr. Berolini mense Apr. MCMXVI.

H. Dessau.

SVMMARIVM
VOL. III.

Addenda et corrigenda. pag.

A. Inscriptiones novae IX
Mantissa p. CLVIII
B. Addenda et corrigenda ad inscriptiones supra editas . . . CLXIX

Indices.

I. Nomina virorum et mulierum 1
II. Cognomina virorum et mulierum 163
III. Imperatores et domus eorum 257
IV. Reges regumque filii. Reguli. Duces gentium exterarum 318
V. Consules aliaeque anni determinationes 320
Consules p. 320. Anni imperatorum et regum p. 347. Aerae variae p. 347
VI. Res publica populi Romani 350
A. Honores publici populi Romani. Dignitates aulae imperatoriae principales 350
B. Apparitores magistratuum. Ministri imperatorum et domus imperatoriae. Servi publici 414
C. Vestigalia publica 438
D. Rationes et res domestica imperatoris 440
VII. Res militaris 443
A. Praetorium 443
B. Cohortes urbanae 444
C. Cohortes vigilum 444
D. Equites singulares Augusti 445
E. Legiones 446
F. Alae 462
G. Cohortes auxiliariae 465
H. Numeri reliqui 471
I. Classes 474
K. Munera militaria 476
L. Officia classiaria 506
M. Bella et expeditiones 509
VIII. Dii deaeque et res sacra 516
Dii deaeque p. 516. Feriae et sacra p. 557. Oracula similiaque p. 559. Hostiae, libationes p. 560. Sacerdotes publici populi Romani p. 561. Apparitores sacrorum p. 567. Sacerdotes reliqui p. 568. Christiana p. 584
IX. Civitas Romana. Senatus et populus. Plebs. Tribus. 586

pag.

X. Geographica 601
Aedificia et loca urbis Romae p. 641. — Fundi villae praedia similia p. 659. Fluvii, rivi, fontes. Maria p. 660. Pagi p. 660. Vici (praeter intramuranos) p. 662. Castella p. 664. Saltus p. 664. Gentes Romano imperio subiectae p. 664

XI. Res municipalis 665
A. Res publica 665
B. Ordo populusque. Curiae et similia 674
C. Magistratus municipales 682
D. Apparitores magistratuum municipalium. Servi publici . . . 699
E. Augustales et similes ordines 701

XII. Collegia 711
Principales et honorati collegiorum p. 720

XIII. Artes et officia privata 726

XIV. Carmina 744
Versus veterum poetarum pavimento Africano inscripti p. 751

XV. Compendia scripturae. Litterae singulares notabiliores. 752
Litterae geminatae pluralis significandi causa p. 795. Notabilia de numeris p. 797

XVI. Grammatica quaedam 802
Notabilia de litteris p. 802. Litterae Claudianae p. 839. Assimilatio praepositionum neglecta vel contra usum admissa p. 839. Declinatio nominum p. 842. Genera nominum permutata p. 857. Comparatio adiectivorum p. 858. Varia de numeralibus p. 858. Pronominum usus et formae insolitae p. 859. De verbo p. 861. Adverbia p. 864. Varia de praepositionibus p. 865. Coniunctiones p. 869. Interiectiones p. 869. Syntaxis p. 869
Vocabula rara vel inaudita p. 871. Alliteratio p. 873. Scripturae vitia quaedam notabiliora p. 874. Tituli bilingues 875

XVII. Notabilia varia 876
Acclamationes variae p. 876. Aedificia cum suo apparatu, fabricae omnis generis, loca publica p. 877. Annona p. 906. Aurum, argentum, aes, ferrum, plumbum p. 906. Convivia publica; divisiones nummorum aliaeque largitiones p. 908. Donaria p. 912. Feminarum iura et officia p. 914. Frumentum p. 915. Institutiones alimentariae p. 915. Ludi et munera p. 916. Matrimonium p. 919. Menses et dies p. 919. Mensurae p. 920. Multae p. 921. Nominum ratio p. 921. Nummi p. 930. Parentelae et necessitudines p. 930. Res rustica p. 936. Sepulcra eorumque iura p. 937. Servi et liberti p. 948. Vestis p. 951. Usurae p. 951. Analecta varia p. 952

---

add. *signum numeris indicis adpositum relegat ad partem alteram Addendorum et Corrigendorum p. CLXIX—CXCII*

ADDENDA ET CORRIGENDA.

A.
INSCRIPTIONES NOVAE.

CAPVT I.
MONVMENTA HISTORICA LIBERAE REI PVBLICAE
(addenda ad vol. I p. 1—21 N. 1—69).

8884 L. Aimilius L. f.[1] inperator de rege Perse | Macedonibusque cepet.

Delphis rep. ante templum Apollinis ad angulum pronai qui spectat inter meridiem et orientem (I ed. 2 n. 622 cum imagine quam exhibuit Holleaux). Pertinuit ad pilàm ingentem, cuius summa pars sculptum habebat proelium inter Macedones et Romanos (Homolle mélanges Boissier p. 299, A. Reinach bull. de corr. hellénique 34, 1910 p. 436 cum commentario; imaginem pilae qualis fuisse videtur ed. Pomtow Berl. philol. Wochenschr. 1912 p. 411). — 1) *Idem qui supra N. 15. 43. 57. L. Aemilius Paulus, cum post pugnam Pydnensem Delphos venisset, ἰδὼν κίονα μέγαν τετράγωνον ἐκ λίθων λευκῶν συνηρμοσμένον, ἐφ' οὗ Περσέως ἔμελλε χρυσοῦς ἀνδριὰς τίθεσθαι, προσέταξε τὸν αὐτοῦ τεθῆναι (Plut. Aem. Paul. 28; de pluribus columnis, 'quibus impedituri statuas regis Persei fuerant' — sic Liv. —, loquuntur Polybius 30, 10 et Livius 45, 27). De similibus pilis Prusiae et Eumenis cf. Pomtow Berl. philol. Wochenschr. 1909 p. 830, 1912 p. 409. 443.*

8885 . . . re et Tauriscos[1] c . .[2] . . .
. . . . us coactos m . . . . .
[*diebus te*]r[3] quineis qua[*ter ibei pugn*]avit[4]
[*castreis*] signeis consi[*lieis praecipu*]os[4] Tuditanus
. . *Roma*]e egit triumpu[*m*[5] . . . . . dedit[6] Timavo[7],
. . . . ria ei restitu[*it*][8] . . . . reis tradit.

Prope Aquileiam rep., fragmenta duo, alterum a. 1788, alterum a. 1906 (I ed. 2 n. 652 = Premerstein Jahreshefte des oesterr. arch. Inst. 10, 1907 p. 286 imaginem). Pertinet ad monumentum a P. Sempronio Tuditano, consule a. u. c. 625, devictis eo ipso anno Histris et Japudibus (Liv. epit. 59, Plin. h. n. 3, 129 Appian Illyr. 10, b. c. 1, 19), Aquileiae, unde ad expeditiones illas sine dubio profectus erat, statutum (lapidis fragmenta aliunde Aquileiam adlata esse parum

probabile). Scriptus est titulus versibus Saturniis (ut alia aetatis illius monumenta triumphalia, de quibus cf. supra N. 20 adnot., ubi pro Atilio Fortunatiano substituendum Caesii Bassi nomen), quos supplere temptavit Buecheler mus. Rhen. 1908 p. 321 seq. (cf. etiam Reisch oestr. Jahreshefte 11, 1908 p. 276 seq.). Ad aliud monumentum eiusdem Tuditani pertinuit titulus memoratus a Plinio l. c. — 1) *Apparet Tuditanum etiam cum Tauriscis, Alpino populo, conflixisse. —* 2) *Carnorum nomen hic fuisse coniecerunt Premerstein et Buecheler, probabiliter. —* 3) *Sic optime Buecheler. —* 4) *Sic Buecheler in litteris ad me datis (non multo meliores versus supra N. 4. 20. 3083), paullo aliter mus. Rhen. —* 5) *Triumphavit Tuditanus in ipso consulatu d. 1. Oct. 'de Iapudibus' (fasti Capitol., C. I. L. I ed. 2 p. 48 cf. p. 176). —* 6) *Aedem, vel dona. —* 7) *Victor Tuditanus vota solvisse putandus est numini locorum illorum celeberrimo. Ad Timavum sine dubio castra prima posuerat, cum ab Aquileia contra Histros exercitum duceret (cf. Liv. 41, 1). De Timavo pro deo culto cf. supra N. 3900 (ubi sane alium Timavum significari putat Sticotti Miscellan. in onore di Attilio Hortis Triest. 1910 p. 1044). —* 8) *Significari putant restitutionem sacrorum Timavi.*

8886 [*P. Cornelius P. f. Scipio*] Nasica l[*egatus . . . Πόπλιος Κορνήλιος*] Ποπλίου Νασικᾶς πρεσβευτής, ἀρ[*χιερεὺς*[1] . .

Pergami rep., fragmenta epistylii marmorei (Hepding athen. Mitth. 1910 p. 483). Pertinuit ad monumentum a P. Cornelio Scipione Nasica, consule a. u. c. 616, Pergami extructum, cum is, ut invidiae occisi Tiberii Gracchi se subtraheret, sub specie legationis in Asiam secessisset et Pergami potissimum moraretur (Val. Max. 5, 3, 2; Plut. Tib. Gracch. 21; Pergami etiam mortuus est, Cic. pro Flacc. 31, 75). — 1) *Pontifex maximus fuit Nasica.*

8887 M. Minucium Q. f. Rufum[1] | imperatorem Galleis | Scordisteis et Bẹsseis | [*reliqueisque Thraecibus* | *devicteis? . . . . . .*[2] | *dedic*]avit populus Delphius. *(In alio lapide)* [*Μάαρκον Μι*]νύκιον Κο[*ίντου υἱὸν Ῥο*]ῦφον στρα[*τη|γὸν ἀνθύπα*]τον Ῥωμαί[*ων, νικήσ*]αντα τὸν πρὸς | [*Γαλάτας Σ*]κορδίστας [*καὶ τὸ*]ν πρὸς Βέσσους | [*καὶ τοὺς λ*]οιποὺς Θρᾶι-[*κας π*]όλεμον, ἁ πόλις | [*τῶν Δελ*]φῶν ἀρετᾶς ἕν[*εκεν*] καὶ εὐεργεσίας τᾶς | [*εἰς αὐτὰ*]ν Ἀπόλλωνι.

Delphis rep. a. 1894 extra murum orientalem areae sacrae, versum postremum inscriptionis Latinae postea in ipsa area sub tripode Gelonis repperit Bourguet (I ed. 2 n. 692 cum imagine photographica vv. 1—3 quam misit Holleaux. A. I. Reinach bull. de corresp. hellén. 34, 1910 p. 306. 328; Bourguet ibid. 35, 1911 p. 173. Primus ediderat Perdrizet ib. 20, 1896 p. 482. 483, versum postremum dedicationis Latinae addidit Pomtow Berliner philol. Wochenschr. 1909 p. 796). In inscriptione Latina puncta eandem triangulorum formam habent, quam supra N. 4047. Supra inscriptionem Latinam litteris minoribus legitur: Μενεκράτης καὶ Σώπατρος Θηβαῖοι ἐποίησαν, sed eum titulum aetatis antiquioris esse, vel potius restitutum ex antiquiore, et spectare ad dedicationem nunc deperditam statuit Pomtow; sub inscriptione Latina inter annos fere 654 et 664 a. u. c. incisa sunt duo decreta Delphorum ad homines privatos Graecos pertinentia, cf. Pomtow l. c. p. 797 not. 4. — 1) *Consul a. u. c. 644, 'proconsul adversus Thracas prospere pugnavit' (Liv. epit. 65), 'ex Scordiscis' triumphavit (Vell. 2, 8 cf. Flor. 1, 39. Eutrop. 4, 27, 5), anno ut videtur 648 (cf. C. I. L. I ed. 2 p. 49. 53). Eodem sine dubio tempore frater (natu maior) et legatus eius Q. Minucius Delphis posuit titu-*

lum supra N. 4047. Ipse et frater supra N. 5946. — 2) *Ectypum, quod exhibuit Pomtow, vestigia complura litterarum praebet nondum probabiliter suppleta.*

8888 [*C*]n. Pompeius Sex. [*f.*[1] *imperator*[2]] virtutis caussa | equites Hispanos[3] ceives [*Romanos fecit in castr*]eis apud Asculum[4] a. d. XIV k. Dec.[5] | ex lege Iulia[6]. In consilio[7] [*fuerunt*]: | (1) L. Gellius L. f. Tro.[8], (2) Cn. Octavius Q. f. . . ., (3) . . . ., (4) . . . . . ius C. f. Ani., (5) L. Iunius L. f. Gal., (6) Q. Minuci. | M. f. Ter., (7) P. Attius P. f. Ouf., (8) M. Maiolei. M. [*f.*] . . . *(sequuntur vel sequebantur alia nomina quinquaginta unum, in his)* (11) Cn. Corneli. Cn. f. Pal., (18) C. Rabeiri. C. f. Gal.[8a] (22) M. Fab[*i.*] M. f. . . r. (30) Cn. Pompei. Cn. f. Clu.[9] (31) Sex. Pompei. Sex. f. Clu.[10] (34) Q. Hirtulei L. f. Ser.[11] (39) L. Opeimi. Q. f. Hor. (40) L. Instei. L. f. Fal.[12] (46) L. Sergi. L. f. Tro.[13] (55) M'. Otacili. M'. f. Pol. (59) L. Otacili. L. f. Pup.

turma Salluitana[14]:

Sanibelser Adingibas[15] f.[16]
Illurtibas Bilustibas[17] f.
Estopeles Ordennas[18] f.
Tersinno (*sic*) Austinco f.

Bagarensis[19]:

Cacususin Chadar f.

. . cilicenses[19a]:

. . . Sosimilus[20] f.
. . . irsecel f.
. . . elgaun f.
. . . iespaiser.[21] f.

Ilerdenses[22]:

o[23] Otacilius Suisetarten. f.
Cn. Cornelius Nesille f.
P. [*F*]abius Enasagin f.

Begensis[24]:

Turtumelis Atanscer. f.

Segienses[25]:

Sosinadem[26] Sosinasae f.
Sosimilus Sosinasae f.
Urgidar Luspanar f.
Gurtarno Biurno f.
Elandus Enneges f.

Agirnes Bennabels. f.
Nalbeaden Agerdo f.
Arranes Arbiscar f.
Umargibas Luspangib. f.

Ennegensis[27]:

Beles[28] Umarbeles f.
Turinnus Adimel. s. f.
Ordumeles Burdo f.

Libenses[29]:

Bastugitas Adimeis[30] f.
Umarillun Tarbantu f.

Suconsenses[31]:

Belennes Albennes f.
Atullo Tautindals f.

Illuersensis[32]:

Balciadin Balcibil f.

(A dextra horum nominum): Cn. Pompeius Sex. f. imperator[33] | virtutis caussa turmam | Salluitanam donavit[34] in | castreis apud Asculum[35] | cornuculo[36] et patella[37], torque, | armilla, palereis; et frumen[*t*]um | duplex[38].

Romae, tabula ahenea (ubi inventa sit, incertum), apud privatum quendam invenit Gatti et intulit museo Capitolino (I² 709, VI 37045 contulit Bang, primus ed. Gatti bull. arch. comunale di Roma 1908 p. 169 seq. cum commentario et imagine photographica, angulum dextrum superiorem addidit l. c. 1910 [1911] p. 273 seq. cum tab.). — 1) *Cn. Pompeius Strabo, consul a. 665, notus dux belli Italici a. 664. 665.* — 2) *Cf. infra not. 33. Consulis vocabulo spatium non sufficit.* — 3) *Eos certe, quorum nomina infra scripta sunt, fortasse etiam alios.* — 4) *Asculum Pompeius obsidere coepit a. 664 (Liv. ep. 74, Appian. b. c. 1, 47), expugnavit a. 665 (Liv. epit. 76, al.).* — 5) *17. Nov., sine dubio anno 665, capto Asculo, quo tempore, triumphi futuri causa, militibus praemia distribuit et dona dedit.* — 6) *Intellegitur lex Iulia (L. Caesaris consulis a. 664) de civitate sociis et Latinis danda (Cic. Balb. 8, 21 al.; Marquardt Staatsverw. I ed. 2 p. 60); apparet eadem lege ducibus Romanis concessum esse (id quod scimus lege Gellia Cornelia a. 682 concessum esse Cn. Pompeio Magno, lege quadam Calpurnia aliis ducibus) ut cives Romani essent ii quos singillatim de consilii sententia (sic Cic. Balb. 8, 19) civi-*

tate donaverint. — 7) *Cf. Cic. Balb. 8, 19 (vid. not. 6).* — 8) *Fortasse is qui a. 682 consul fuit.* — 8[a]) *Fortasse is quem a. 691 Cicero perduellionis reum defendit; is bello quodam fortiter se gesserat (Cic. pro Rab. 13, 36).* — 9) *Fortasse filius imperatoris, postea Magnus appellatus, sane adulescentulus, vel frater illius patruelis. Ceterum eiusdem nominis homo (eadem quoque tribu) in decreto Adramytteno eph. ep. 4 p. 220 (Mommsen Ges. Schr. 8, 345).* — 10) *Frater ut videtur imperatoris, quem in castris fratris fuisse narrat Cic. Phil. 12, 11, 27.* — 11) *Fortasse frater L. Hirtuleii quaestoris Q. Sertorii,* 12) *fortasse L. Insteius, sub Sertorio praefectus militum (Liv. lib. 91).* — 13) *Fortasse Catilina, tunc adulescens.* — 14) *Salluvii, a quibus turma nomen traxit, Hispani fuerunt regione Caesaraugustana, certe eius regionis fuerunt Ilerdenses, Segienses, Libenses, Illuersenses infra enumerati; ipsi coloniae Caesaraugustanae vetustum nomen fuit Salldubia, testibus codicibus Plinianis h. n. 3, 24.* — 15) *Nomina Hispana, pleraque ignota. Cf. Schuchardt Revue internationale des études basques 3, 1909 p. 237 seq.* — 16) *Filius.* — 17) *Simile nomen reguli Ilergetum (Bilistages) apud Livium 34, 11. 12.* — 18) Ordeunas *praefert Bang.* — 19) *Bagarenses, ut et . . . cilicenses et Ennegenses ignoti (de Begensibus et Suconsensibus cf. infra not. 24. 31). Sed hos quoque regionis Caesaraugustanae fuisse probabile est.* — 19[a]) *Sic (vel* . . . silicenses) *Bang)* (. . ucenses *Gatti).* — 20) *Idem nomen in titulo Castulonensi II 3295.* — 21) *Nomina similiter desinentia in titulis Hispanis II 5840:* Aurelio Tannepaeseri; *II 3794:* Seranus Tannegisceris f. — 22) *Tres hi Ilerdenses, novi cives Romani, nomina Romana sumpsisse videntur (ab Otaciliis, Cn. Cornelio, Fabio, qui consilio interfuerunt n. 55. 59. 11. 22; monuit Bang) statim consilio dimisso, ante decretum Pompeii aeri incisum.* — 23) o *parvula errore videtur incisa pro* C. *vel* Q. — 24) *Begenses hi ignoti; Baegenses in titulis Baeticae II 1394. Eph. ep. 8 p. 393, 103.* — 25) *Segienses, ut etiam Libienses (cf. not. 29) et Ilursenses (cf. not. 32) recenset Plinius h. n. 3, 24 inter populos stipendiarios conventus Caesaraugustani.* — 26) Sosinaden *praefert Bormann (Schuchardt l. c. p. 243).* — 27) *Scr.* Ennegenses. — 28) *Idem fortasse nomen (Belex) in titulo Pyrenaeico supra N. 4518.* — 29) Libienses *Plinio l. c.* — 30) *Fortasse scr.* Bastugibas Adimels. — 31) *Suconsenses ignoti, memoratur Σουκκῶσα inter oppida Ilergetum Ptol. 2, 6, 68.* — 32) Ilursenses *Plinio l. c.* — 33) *Imperator appellatus Pompeius sine dubio ipso anno 665, non anno praecedente, quo legatus fuerat L. Caesaris consulis.* — 34) *Decretum hoc primario sine dubio aequale.* — 35) *Cf. supra not. 4.* — 36) *Cornicula Livius 10, 44, 5,* 37) *φιάλην Polyb. 6, 39 memorant inter dona militaria.* — 38) FAVMENIVM *primo incisum, id mutatum in* FRVMENIVM; *verba* frum. dupl. *postea, sed ab eadem manu addita.*

8889 P. Serveilius P. f. Isauricus pro cos.[1] restituit. | *Πόπλιος Σερουίλιος Ποπλίου υἱὸς Ἰσαυρικὸς | ἀνθύπατος ἀποκατέστησεν. | Γάιος Πανδυσῖνος Γναίου*[2] *υἱὸς Ρωμαῖος | πρόξενος τὰς Νίκας καὶ τοὺς Ἔρωτας | καὶ Ἀντέρωτας Ποσειδῶνι καὶ Ἀμφιτρίτηι | χαριστήριον. | — Ἀγασίας Μηνοφίλου Ἐφέσιος*[3] *ἐποίει.*

In insula Teno ad aram Neptuni rep., bases duae gemellae; utriusque inscriptio, exceptis versibus primo et ultimo, incisa in locum antiquioris erasae (I ed. 2 n. 783, Inscr. Graec. XII 5, 917 delineavit Graindor Musée belge 1906 p. 339). — 1) *Cf. supra N. 40.* — 2) *Pater huius Gaii, Γναῖος Πανδοσῖνος, memoratur in senatus consulto de Thisbaeis facto a. u. c. 584 (v. 54: Mommsen Ges. Schr. 8, 279. 287).* — 3) *De hoc sculptore cf. infra N. 8961.*

8890 ex s. c.[1] | C. Vibio C. f. Pasae *(sic)* | Caetronian.[2] cos.

Romae in medio campo Martio, paullo ultra aedes q. d. Cancelleriae (ad angulum viarum quae nunc sunt Corso Vitt. Em. et Vicolo Savelli) rep., tabula magna lapidis Tiburtini (Gatti Notizie degli scavi 1899 p. 435; Tomassetti bull. arch. comunale di Roma 1899 p. 280 cf. Huelsen Roem. Mitth. 1903 p. 52). — 1) *Pertinuit ad sepulcrum, ex senatus consulto C. Vibio Pansae, consuli a. 711, cum ex vulneribus proelio Mutinensi acceptis obisset, in campo Martio extructum, quod memoravit Livius (epit. 119). In eodem sepulcro stetisse titulum VI 3542 a C. Vibio T. f. Pansa uxori positum, putat Huelsen.* — 2) *Inde corrigendum quod in indice Dionis lib. XLVI (vol. II p. 17 ed. Boissevain) legitur: Γ. Οὐίβιος Γ. υἱ. Πάνσας Καπρωνιανός (alibi secundum hoc cognomen Pansae non reperitur).*

8891 Mag. Pompeio Mag. f. Pio[1] imp.[2] augure | cos. desig.[3], | por[*ta*]m et turres | L. Plinius L. f. Rufus[4] leg. pro pr., pr. des., f. c.

Lilybaei (Marsala) rep., iam Panormi (Salinas Notizie degli scavi 1894 p. 389). Tractavit Mommsen Herm. 30, 1895 p. 460. — 1) *Est Sex. Pompeius, Pompeii Magni filius minor, qui Siciliam tenuit ab a. 711 ad a. 718, Magnus Pompeius appellatus etiam in senatus consulto apud Ciceronem Phil. 13, 21, 50, Magnus Pius in nummis ap. Babelon II p. 351 (sane in aliis nummis, Babelon p. 350, Sex. Magnus Pius).* — 2) *Postea etiam imperator iterum dici voluit, Babelon II p. 351 n. 21seq.* — 3) *Augur et consul designatus fuit inde ab a. 715, Dio 48 c. 36, 4; 54, 6.* — 4) *Memoratur etiam ab Appiano b. c. 5, 97. 98. 122, ut dux Sex. Pompeii, qui eius iussu a. 718 Lilybaeum contra Lepidum et Caesaris copias defendit (in Appiani codicibus dicitur Πλένιος vel Πλέννιος, sed in antiqua versione Candidi: Plinius).*

Fragmentum tabellae aeneae, fortasse Siculae originis, Inscr. Gr. Sicil. Ital. 935, ut ad hunc Pompeium referamus nulla causa est. (Item sine causa ad domum Sex. Pompeii Magni a nonnullis relatus est Sex. Pompeius Iustus VI 24520 = Buecheler carm. epigr. 1057: Borghesi opp. 8, 527.)

Titulum murorum oppidi Curubis a ducibus Pompeianis anno 707 vel 708 positum supra dedi N. 5319.

8892 Sentia[1] Lib[*onis*], | mater Scr[*iboniae*] | Caes[*aris*].

Romae rep. trans Tiberim a. 1890 (VI 31276 vidit Huelsen). — 1) *Femina praeterea ignota; nec maritus eius (Scribonius) Libo praeterea videtur memorari. Mater ut Scriboniae Caesaris (supra N. 126), ita et L. Scribonii Libonis tribuni plebis a. u. c. 698, consulis a. u. c. 720.*

CAPVT II.

TITVLI IMPERATORVM DOMVSQVE IMPERATORIAE

(addenda ad vol. I p. 22—187 n. 70—838).

8893 imp. Caesari divi f., | Sicilia recepta, C. Papius Celsus, | M. Papius Kanus fratres.

Prope Naronam Dalmatiae rep. (III 14625 misit Patsch). 'Titulus haud dubie a. 718 exeunte devicto Pompeio positus' Hirschfeld.

8894 [*C. Marcius*] L. f. Censo[*rinus* | *augu*]r, [*cos.*[1] | *lu*]dos votivos pro [*reditu* | *imp. Ca*]esaris divi f. Aug[*usti pont.*] | maximi | [*Iovi opti*]mo maximo [*fecit* | *cum C. Asi*]nio Gallo[2] [*conlega*] | ex s. c.

Romae, incertum quo loco urbis rep. (Vaglieri bull. comunale 1903 p. 251 qui supplevit). — 1) *A. 746. Titulus addendus similibus titulis annorum 741 et 747 supra N. 88. 95. —* 2) *Nomen Galli erasum et postea restitutum (cf. supra N. 5923).*

8895 imp. Caesari divi f. Aug. | pont. max., trib. pot. XXI[1] | sacrum, | Bracaraugustani. | Paulli Fabi Maxsimi leg. pro pr.[2] | natali[3] dedicata est.

Bracarae (Eph. ep. 8 p. 504 n. 280). — 1) *A. 751/2. —* 2) *De Paullo Fabio Maximo cf. supra N. 919. 8811. Ut legatus Caesaris in Hispania memoratur etiam II 2581. —* 3) *Natali ipsius Fabii Maximi. Potuerunt oppidani honori legati id dare, ut ad statuam Augusti dedicandam illius natalem eligerent.*

8896 Caesari Augustó　　　　Liviae Augustae[1]
Atespatus Crixi fil. v. s. l. m.　　Atespatus Crixi fil. v. s. l. m.

Prope Moulins, ad locum dictum Neuilly-le-Réal (in finibus Arvernorum ut videtur et Biturigum) rep., capita duo aenea, operis boni sed aliquantum rustici nunc Parisiis (XIII 1366 vidit Hirschfeld; imagines Froehner Musées de France tab. I. II). — 1) *Contra omnem consuetudinem Livia vivo marito Augusta appellata, quod nomen post mortem mariti demum, cum Livia dici desisset, appellata iam Iulia, ei tributum est.*

8897

imp. Caesari divi f. Augusto pontifici M. Agrippae L. f. cos. tert. im[*p.*][2]
maximo cos. XII tribunic. potest. ⌊tribunic.
⌊XX[1] et potest. VI[3] et
Liviae Caesaris Augusti Iuliae Caesaris Augusti fil.
Mazaeus et Mithridates patronis

(in parte aversa)

Μαζ[αιο]ς καὶ Μιθριδάτης | [τοῖς] πά[τ]ρωσι καὶ τῶι δή[μωι.

Ephesi in introitu fori (Heberdey oesterr. Jahreshefte 7, 1904 Beibl. p. 49). — 1) *A. 750/1.* — 2) imb. *lapis. Cf. supra N. 130 not.* — 3) *Tribunicia potestate sextum fuit Agrippa, cum moreretur mens. Mart. 742 (cf. supra l. c.; Prosopogr. imp. Rom. III p. 441). Mortuum eum celebrari non mirum, scilicet maritum Iuliae, nondum relegatae (a. 752), patrem C. et L. Caesarum.*

8898 Ti. Caesari Augusti f., | divi nepoti: adventui | eius sacrum. | Cn. Licinius C. f. Vol. Navos.

Bagaci Nerviorum (Bavai) rep. (XIII 3570 vidit Hirschfeld). Titulus positus inter annum 757, quo Tiberius adoptatus (cf. supra N. 107 not. 4), et a. 767, quo Augustus mortuus est; his annis Tiberius in Germania fuit a. 757. 758. 759. 763. 764; quo anno Bagacum adierit, incertum est. Summo gaudio Tiberium, cum post adoptionem in Gallias proficisceretur, ibi receptum esse indicat Velleius 2, 104, 4 (Hirschfeld l. c.).

8899 C. Caesari Aug. Germanico divi Aug. | prónepóti, Ti. Caesaris Aug. n., Germanici Caesaris f., | cos. II, trib. potest.[1], pontif. maximo, imp., patri patriae | per C. Vitrasium Pollionem praef. Aegyp.[2], cohors Ituraeor.[3], cui praest L. Eienus L. f. Fal. Saturninus, anno III C. Caesaris Augusti | Germanic. IIII kal. Maias[4] *(alia manu)* m. ndh. III[5].

Syene rep. (III 14147, 1 Mommsen vidit ectypum). — 1) *Numerus tribuniciae potestatis omissus.* — 2) *Idem praefectus Aegypti C. I. Gr. 4963 = Cagnat Inscr. Gr.-Rom. I 1057, item ut videtur in papyro musei Britannici n. CLXXVII ed. Kenyon II p. 168, cf. Prosopogr. imp. Rom. III p. 456 n. 524. De alio praefecto Aegypti eiusdem nominis Prosopogr. III l. c. n. 523.* — 3) *Cf. infra N. 8906.* — 4) *28. Apr. anni p. Chr. 39.* — 5) *Quid his litteris, ab inscriptione primaria alienis, significetur, incertum.*

8900 Ti. Claud. Drusi f. | Caesar Aug. Ger|manic. pont. max. | trib. potest. III[1], imp. | III[2], p. p., cos. III de|signat. IIII[3]. | And.[4] m. p. XXII.

Sacquenay, 30 fere chil. a Langres, rep., columna, est Dijon (XIII 9044 vidit Hirschfeld). — 1) *25. Jan. 43/44.* — 2) *Titulum positum esse aliquantum ante finem huius anni apparet ex eo quod eo ipso anno Claudius etiam quartum et quintum imperator salutatus est (supra N. 203).* — 3) *Apparet Claudium non tantum a. 44, sed iam anno 43 consulem quarto designatum fuisse in annum 47 (cf. supra N. 204 not. 2).* — 4) *(Ab) Andematunno (Andematunnum Lingonum hodie Langres).*

8901 [*Nero*][1] Claudiu[*s*] | Caesar Aug. | Germanicus | Aesculapio iu|gera quinque | data a divo Au[*g.*], | confirmata | a divo Cl[*aud*]i[*o*] | restituit | c. I. n.[2] Cnos[*so per*] | P. Licinium [*Caeci*]n[*a*]m[3] proc.[4]

Cnossi in Creta (III S. 14377 vidit Hogarth Annual British School at Athens 1899/1900 p. 92). — 1) *Nomen sine dubio erasum. —* 2) *Coloniae Iuliae nobili (?). —* 3) *Sic dubitans supplevit Hogarth, cf. Plin. h. n. 20, 199 Tac. h. 2, 53. —* 5) *Procuratorem.*

8902

Poppaeae Aug. Neronis Caesaris Aug. Germ.

Neroni Claudio divi Claudii f., Germanici Caesaris n., Ti. Caesaris Aug. pron., divi Aug. abn., Caesari Aug. Germanico p. m. trib. potest. VIIII[1], imp. VIIII[2], cos. IIII

d[*ivae Claudiae*][3] N[*eronis Aug. filiae*]

L. Titinius L. f. Gal. Glaucus Lucretianus duovir IIII quinq. V[9]... primus creatus bene|ficio divi Claudii[5], praefectus Neronis Claudi Caesaris Aug., patronus coloniae, sevir | equitum Romanorum, curio sacrorum faciundorum[6], f[*l*]. Romae, flamen Aug.[7] beneficio Caesaris | creatus, t[*r*]ib. militum leg. XXII Primigeniae, p[*r*]aefectus insularum Baliarum[8].

Lunae rep., est Carrarae (XI 6955 Bormann vidit ectypa, imaginem dedit Brassloff Wiener Stud. 25, 1903 p. 326). — 1) *13. Oct. 62/63. Sed titulus positus anno demum 63, quo Poppaea Augusta dicta est. Eodem anno et nata Claudia et defuncta (Tac. n. 15, 23; cf. act. Arv.). Hoc apparet eo tempore annos tribuniciae potestatis Neronis rursus computatos esse a vero initio imperii (cf. supra N. 229 not. 3). —* 2) *Cf. supra N. 231 not. 2. —* 3) *Cf. not. 1.* Diva Claud[*ià*] Ner. f. *est in nummis,* [*diva Clau*]dia virgo *in actis Arv. a. 66 (VI 2044). —* 4) *Idem homo Neroni et divàe Poppaeae, quattuor annis post hunc, posuit titulum supra N. 233. Ex aliis monumentis eiusdem viri Lunensibus videntur superesse XI 1332. 1349[a] (cf. p. 1254). Eiusdem sunt tegulae XV 2207. —* 5) *Insolita commendatio Caesaris in magistratibus et sacerdotiis (cf. not. 7) municipalibus (Borm.). Cf. supra N. 6343. Ceterum ea quae pertinent ad quinquennalitatem Glauci Lucretiani et ad praefecturam ab eo loco Neronis Caesaris susceptam, omissa in titulo recentiore. —* 6) FACIVNDOΛVM *lapis (sic etiam postea* TΛIB *et* PΛAEFECTVS). *Ceterum* sacr- fac- *omissum in titulo N. 233. —* 7) *Flamen Romae et Augusti dicitur N. 233. Hic quoque mira commendatio Caesaris. —* 8) *Tribunus legionis sextae Victricis (supra N. 233) videtur factus esse inter annos 63 et 67. —* 9) v[*irgini*] *supplet Borm., referens ad Claudiam.*

8903 [*imp. Cae*]sar Vespasianus Aug. | [*pont.*] max., trib. potest. III[*I*[1], *i*]mp. X, [*p. p.*, | *cos.*] III[*I*] designat. V[2] [*et* | *T.*] Caesar Vespasianu[*s i*]mp. | [*I*]II[3], trib. potest. II, co[*s.*] II design. III, | [*c*]ensores designati[4], su[*b* | *P.*] Mario Celso[5] leg. Aug. pro pr. | e[*t*] ..... leg. [*leg.*][6] opus cochli|[*ae*[7] *d*]e communi ...[8] fecerunt. *(A dextra, sub imagine Fluvii iacentis)* leg. [*III*][9] Gal.

Ad Euphratem, inter Samosatam et Rum-Kaleh, hora dimidia a vico Aïni, vivae rupi insculptum (V. Chapot bull. de corresp. hellén. 26, 1902 p. 205). — 1) III[*I*] *potius quam* III, *propter* imp. X *(cf. supra N. 246).* — 2) *Consul quartum fuit a. 72, consul quintum a. 74.* — 3) *Cf. supra N. 246 not. 1.* — 4) *Cf. supra N. 247.* — 5) *Legatus Syriae huius nominis praeterea ignotus. Videtur Syriam rexisse ante Caesennium Paetum. Fortasse is qui consul fuit a. 62.* — 6) . . e . . . . . et leg. . . . *traditur.* — 7) *Fortasse machina aquae ex flumine hauriendae (Vitruv. 10, 6; Diod. 1, 34, 2. 5, 37, 3; Strabo 3 p. 147, 17 p. 807).* — 8) *Intellegendum (vel supplendum): de communi impensa, sc. accolarum (cf. supra N. 5864).* — 9) *Cf. supra N. 5865 not. 1.*

8904 imp. Vespasiano | Caesare[1] Aug. p. m. trib. pot. VII[2], | imp. XIIII[3] cos. VII p. p.; | imp. Tito Caesare Aug. f., cos. V; | [*Domitian*]o [*Caes*]are [*Au*]g. f. cos. II[*II*][4], | Cn. Pompeius Collega leg. Aug. | pro pr.[5] *(In alia parte lapidis)* III. | Γ[6].

Melik Scherif in Armenia minore (III 303 et multo melius Cumont bull. de l'Acad. roy. de Belgique 1905 p. 201). — 1) *Haec adsumpta ex apographo priore.* — 2) *Titulus positus priore semestri a. 76; cf. supra N. 250.* — 3) *Sic apographum prius;* i[*mp. XI*]III *Cumont.* — 4) cos. II *traditur.* — 5) *Cf. supra N. 998.* — 6) *Tria milia passuum (incertum a quo loco).*

8905 imp. Caesar di[*vi Ves*]pasiani f. [*D*]omitianus | Aug. [*Germ*]anic[*u*]s p[*ont. ma*]xim. tr[*ib. p*]otest. III, p. p., imp. VII, cos. X des. [*XI*][1] | tem[*plu*]m Apo[*llinis*] su[*a i*]npensa refecit.

Delphis, fragmenta multa lapidis magni, pleraque rep. ante templum Apollinis (III S. 14203, 24 = Homolle bull. de corresp. hellén. 20, 717). — 1) *A. 84 (ante d. 14. Sept., quo coepit tribunicia potestas quarta), cf. supra N. 268. 269. 1997.*

8906

divae I[*ul*]iae	Domitia[*e Aug.*]
L. Cassius . . [*f.*]	L. Cassi[*us . . f.*]
Cla. Maximus	Cla. Max[*imus*]
7 leg. VI Ferr.	7 leg. VI [*Ferr.*]
t. f. i.[1]	t. f. [*i.*]
	L. Cassius Eu[*odus?*]
	faciendas [*cur.*]

Celeiae (Cilli) in Norico rep. (III S. 13524 cf. p. 2285 Hirschfeld vidit ectypum). — 1) *Testamento fieri iussit.* — *Tituli positi post Iuliae consecrationem, ante Domitiani mortem, i. e. inter a. 90 et 96.*

8907 imp. Caesari | Nervae Traiano Aug. | Germ, pont. max. tribunic. | potest., cos. II[1], p. p.[1], per C. Pompeium | Plantam praef. Aeg.[2] et L. Genucium Priscum | praef. castror., coh. tres[3]:

I Hispanor., cui praeest Ti. Claudius | Africanus; et
II Itur. eq., cui praeest Ti. Claudius Berenicianus; | et
I Theb. eq., cui praeest P. Cl[*a*]udius Iustus;

curam agente P. Claudio | Iusto, praef. coh. I Theb. eq. et curatore coh. I Hispanor. eq. et | coh. II Ituraeor. equit.

Syene in eodem lapide in quo N. 8899 (III S. 14147, 2 Mommsen vidit ectypum). — 1) *A. 98 (vel 99; tertium consulatum iniit Traianus kal. Ian. a. 100; numerus tribuniciae potestatis videtur omissus esse).* — 2) *Cf. Prosopogr. imp. Rom. III p. 70 n. 483; Cantarelli la serie dei prefetti d'Egitto I p. 39.* — 3) *Tres hae cohortes memorantur etiam in diplomate militari supra N. 1996, eaedemque in titulis Talmi repertis, prima Hispanorum Cagnat inscr. Gr.-Rom. I n. 1345—1347 (ubi sane numerus non additur); secunda Ituraeorum ib. 1348; prima Thebaeorum ib. 1334. 1335. 1350 seq., prima Hispanorum fortasse etiam III 50 (cf. Add. ad N. 1996), secunda Ituraeorum etiam supra N. 8899, prima Thebaeorum supra N. 2483.*

8908 pro salute imp. Caesaris | Traiani Hadriani Aug. | domini n. voto[1] Serenus | aram inst[*r*]u[*x*]it Iovi. Biduo | secutus Agriophagos[2] nequ|issimos, quorum fere pars mai|or in pugna perit, neque vulnera | [*n*]eque crei . . cile[3] praedamque totam cum camelis apstulit. Ὑπὲρ σωτηρίας αὐτοκράτορος Καίσαρος | Τραιανοῦ Ἁδριανοῦ Σεβαστοῦ τοῦ κυρίου, | Σουλπίκιος υἱὸς Γναίου Κουιρίνα | Σερῆνος Ἀγριοφάγους δειν[*οτ*]ά[*τους* . .

Thebis Aegypti (Cagnat inscr. Gr.-Rom. I 1207 descr. S. de Ricci). — 1) Sulpicius *primum editum erat.* — 2) *Cf. Plin. h. n. 6, 195; Peripl. maris Erythr. 2 (Geogr. min. I p. 258 Müll.).* — 3) *Locus corruptus; expectaveris: neque damnum accepit, vel simile quid (Clermont-Ganneau).*

8909 imp. Caes. divi Trai. Parth. f., | divi Ner. nep., Trai. Hadri. | Aug. pontif. max., tr. pot. XXIII[1], | cos. III, p. p., et imp. T. Ael. Caes. Antoni|no[2], Trai. Hadr. Aug. f., divi Trai. | Parth. nep., divi Ner. pronep., tr. pot., | n. burg. et veredario.[3] Daciae inf., sub | Fl. Constante proc. Aug.[4]

Prope Kopačeni ad Alutam superiorem, in ruderibus castrorum Romanorum una cum N. 9180, rep. (III S. 13795 misit Tocilescu arch. ep. Mitth. 17, 1894 p. 224). — 1) *Sic traditur errore aut eius qui descripsit aut quadratarii.* — 2) *Cf. supra N. 331.* — 3) *Numerus burgariorum et veredariorum. Cf. infra N. 9180.* — 4) *De procuratoribus Daciae inferioris cf. Premerstein Wiener Eranos z. Phil.-Versamml. in Graz (1909) p. 256. Idem procurator III 12602 cf. 13793. 13794. Idem postea praefectus praetorio, teste titulo infra N. 9000.*

8910 imp. Caesari divi Hadriani fil. | divi Traiani Parthici nepoti | divi Nervae pronepoti | T. Aelio Caesari[1] Hadriano Antonino Aug. Pio[2] | per C. Avidium Heliodorum praef. Aeg.[3] et | M. Oscium Drusum praef. castror., | coh. I Fl. Cilic. equit.[4], | curam agente T. Aridio Marcellino 7 leg. II Tr. For.

Syene rep. una cum N. 8899 (III S. 14147, 3 Mommsen vidit ectypum). — 1) *Caesaris vocabulum errore repetitum.* — 2) *Deest patris patriae vocabulum.* — 3) *Cf. supra N. 2615.* — 4) *Cf. ibid. not. 1.*

8911 T. Fulvio *(sic)* Aurelio | Antonino[1] | imp. Caes. M. Aureli Antonini | Aug. filio | L. Aponius Rufinus | ob honorem seviratus | pec. sua.

Lilybaei (Marsala) rep. (Salinas Notizie degli scavi 1905 p. 216 imaginem). — 1) *Hic est Antoninus frater gemellus Commodi, defunctus quadrimus, memoratus vit. Comm. 1; ep. ad Front. p. 94. 95 Nab. Eius nomen plenum nunc primum innotescit. Fulvium Antoninum, non Fulvum, eum dici mirum.*

8912 Sabinae[1] | imp. Anton[*i*]|ni Aug. fil. | Heliopolitani.

Heliopoli Syriae (Baalbek) rep. (III 14387ᵇ vidi ectypum). — 1) *Eadem supra N. 387. 388. Titulus positus vivo patre.*

8913 imp. Caes. M. Aur. [*Commodus*][1] Antoninu[*s*] | Aug. Pius Sarm. Ger. Brit. pont. max., trib. pot. | VI, imp. IIII, cos. IIII[2] p. p. ripam omnem burgis | a solo extructis item praesidis per lo|ca opportuna ad clandestinos latruncu|lorum transitus oppositis munivit | per L. Cornelium Felicem | Plotianum leg. pr. pr.[3]

Duna Pentele ad Danuvium, ubi fuit Intercisa Pannoniae inferioris (Arch. Ertesitö 1904 p. 201). Inscriptionem paene gemellam, repertam tamen non Intercisae, sed loco ripae Danuvii paullo distante (magis Aquincum versus), dedi supra N. 395. Praeterea ex ipsa Intercisa prodierunt eiusdem inscriptionis exempla non minus quattuor: III S. 10312; III S. 10313 = arch. ertesitö 1907 p. 148; arch. ertesitö 1905 p. 224; ib. 1909 p. 333; quibus addenda sunt frustula exigua III 3330. 3332. — 1) *Commodi nomen erasum.* — 2) *Sic legitur etiam in aliis duobus exemplis huius inscriptionis Intercisae repertis, arch. ertesitö 1905 p. 224 et 1909 p. 333 (in reliquis exemplis numeri perierunt), errore, sane miro, quadratarii Intercisensis; nam tribunicia potestate sextum, imperator quartum Commodus fuit a. 181 (cf. supra N. 393 not. 4; imperator quintum appellatus est a. 182 cf. Eckhel 7, 110), at consul quartum anno demum 183, Britannicus anno demum 184 (cf. supra N. 393 not. 3). In inscriptione paene gemella supra N. 395 est* trib. pot. X. — 3) *Idem legati (antea ignoti) nomen lectum etiam in exemplo arch. ertesitö 1909 p. 333, eiusdem erasi vestigia enotata sunt ex exemplo arch. ertesitö 1905 p. 224; plane erasum est III 10313 et supra N. 395. Mirum, legati nomen in aliis titulis eiusdem regionis vel adeo eiusdem loci erasum esse, in aliis illaesum mansisse.*

8914 pro salute imperator|um dom. nostrorum L. S|eptimi Severi Pert. Aug. et M. | Aurelli Antoni[*ni*][1] Bassiani[2] C[*ae*]|saris imp. destinati[3], templ[*um*] | Victorie Aug[*us*]torum[4] culto|res eius nu. fece., Iulius Em|eritus flamen perp. imp[*en*]sis[5] | suis fecit, anno p.[6] CLVIII[7].

In Mauretaniae regione, quae Sitifi meridiem versus extenditur, loco dicto Henchir-R'mada (Bull. du Comité des travaux hist. 1904 p. 231 descr. Barbancey; cf. Gsell Atlas archéol. de l'Algérie fol. 26 ad n. 111). — 1) Antoni *traditur.* — 2) *Bassianus dictus filius maior Septimii Severi usque ad a. 196; Caesar factus ab eo abstinuit, neque id reperitur in inscriptionibus excepta hac Africana (de nummo quodam cf. Prosopogr. imp. Rom. III p. 203).* — 3) *Cf. supra N. 446.* — 4) Augtorum, 5) impsis *traditur (litterae complures contignatae fuisse putandae sunt).* — 6) *Provinciae (Mauretaniae).* — 7) *A. p. Chr. 197. Cf. supra N. 6876 not. 2.*

8915 imp. Caes. | L. Septimio Severo | Pio Pertinaci Aug. Arabico Adiabenico | Parth. max. pont. max., | trib. p. VI[1], imp. XI,

cos. II, | p. p., proconsuli, | dedicante | C. Ovinio Tertullo | leg. Augg. pr. pr.[2], | T. Aurelius Aquila | trib.[3] coh. II Matt. | devotus numini eius | de suo posuit. *(In latere)* a. d. XIII kal. Aug. | Saturnino et Gallo cos.[4]

Prope vicum Lometz rep., in ruinis castelli Troianhissar, nunc Sophiae (III 14428; nuper contulit D. Filow). — 1) *A. 198.* — 2) *Cf. supra N. 423 not. 5.* — 3) *Sic legit Filow (non, ut antea editum,* pr[*aef.*]*).* — 4) *20. Iul. 198.*

8916 imp. Caes. L. Septimi[*us Se*]verus | Pius Pertinax Aug. Arab. Adiabe[*nic. Part. ma*]x.[1] imp. XV[2] | trib. pot. XVI[3], cos. III, p. [*p.*] et | imp. Caes. M. Aurelius Antoninus Au[*g. imp. . .*] tr. p. XI c[*o*]s. III [*et*] | P. Septimius Geta nob. Caes. princ. iu[*vent*]utis[4] | aquas Flavianas vetustate conla[*psas per vexilla*]tionem militum suor. restitue[*runt*].

Henchir Hammam in Numidia, ubi fuerunt Aquae Flavianae (VIII 17727; fragmentum finem versuum 1—5 continens adiecit Gsell mél. de l'école franç. de Rome 13 p. 516 n. 35). — 1) pont. max. *numquam videtur adfuisse, ut in fragmento tituli gemelli Gsell l. c. p. 517 n. 36.* — 2) *Cf. supra N. 431.* — 3) *A. 208.* — 4) *Getae nomina et tituli erasa, sed tamen leguntur.*

8917 imp. Caesar. L. | Septimio Severo | Pio Pert. Aug. Ar|abico | Adiab. Parth. | Brit. max., tr|ib. pot. XVIII[1] | imp. XIII[2] cos. | III procos., p. p., | ex dec. dec. | secundum | tab. cod.[3] Fla|vi Galli.

8917[a] *////* | *////* | *////* | *////*[4] | Aug., Aug. fil. | ex dec. dec. | secundum | testamen|tum T. Flavi | Galli.

Heliopoli Syriae (Baalbek), bases duae (dedit Puchstein). — 1) *A. 210.* — 2) *Etiam in miliario Asiatico III S. 13689 dicitur Severus* imp. XIII, *si fides apographo edito Bull. de corr. hell. 19, 1895 p. 318[a] (= III S. 14202[3]).* — 3) *Secundum tabulas codicillorum.* — 4) *Initium inscriptionis, incisum in abaco basis, periit rasura, fortasse tunc demum cum basis in pavimento basilicae adhiberetur, aut antea, occiso eo cui destinata erat; periit scilicet nomen Getae.*

8918 . . . . . | [*An*]tonini Aug. | Pii sponsae[1], | ded[*i*]can[*tib.*] C[*e*]ler. proc., | lib., [*e*]t [*f*]amilia sp[*l*]endidis|sim. vectig. IIII p. A.[2]

Leptimagna (III S. 22670[a] semel descripta circa a. 1811). — 1) *Titulus dedicatus fuit Fulviae Plautillae, quae sponsa imperatoris Antonini appellatur etiam in titulo Lunensi XI 1336, ut monuit Cagnat.* — 2) *Splendidissimi vectigalis quattuor publicorum Africae. Cf. supra N. 1550. 1873.*

8919 M. Opellio Antonino | Diadumeniano nobilissimo | Caesari, principi iuentutis, | Aug. n. filio, sub Iulio | Basiliano[1] praef. Aeg., coh. III[2] | Cilicum eq., curante Furnio Diabone 7 leg. II Tr. Fort.

Una cum N. 8899/8907. 8910 rep. (Thédenat c. r. de l'Acad. des inscr. 1905 p. 73). — 1) *Basilianus praefectus Aegypti a Macrino factus memoratur a Dione 78, 35.* — 2) *Scr.* I Fl. *(cf. supra N. 2615. 8910).*

8920 divo Severo, avo | imp. Caes. M. Aureli Se|veri [*Alexandri*][1] Pii | Felicis Aug. pont. max., | trib. pot. VIII[2] cos. III, | p. p., | decur. Gillitani[3] s. p. f.

8920ª divae Iuliae | Domnae | dec. Gillitani | s. p. f.

8921 divo Magno Anto|nino patri | imp. Caes. M. Aureli | Severi [*Alexandri*] | Pii Felicis Aug. p. m., | tr. potest. VIII, cos. | III, p. p. | dec. Gillitani s. p. f.

Henchir el-Frahs provinciae Africae proconsularis, ubi Gillium fuisse ex his titulis apparet (VIII S. 26224—26226 vidit Merlin). — 1) *Nomen Alexandri erasum.* — 2) *A. 229.* — 3) *Cf. Victor Tonnennens. chron. s. a. 553. 557.*

8922 [*i*]mp. Caes[*ari*] | C. Messio Q. Traian[*o*] | Decio p. f. invicto Au[*g.*] | pont. max., trib. pot., cos. I[*I*] | designato[1], p. p., procos., | reparatori disciplinae | militaris, fundatori | sacr. urbis, firmatori | sp[*ei*], ... s fo . . . . | . .

Turnu Magureli in ripa sinistra Danuvii (ibi ubi N. 1465) rep., provenisse videtur ex ruinis Oesci, est Bucaresti (III S. 12351 = Tocilescu arch. ep. Mitth. XIV p. 11). — 1) *A. 249.*

8923 imp. Caes. [*P. Lici*]nius Ga[*l*]l[*i*]enus[1] Pius Felix invictus | Aug. Germanicus Persicus maximus[2], pontifex | maximus, trib. p. XII, cos. V[3], p. p., procos., castra coh. | VIII Fidae[4] opportuno loco a solo instituit, | operantibus fortissimis militibus suis ex limi|te Tripolitano.

In extrema regni Tunetani parte, loco dicto Ras-el-Aïn (VIII S. 22765 ectypa viderunt Villefosse et Gauckler). — 1) *Gallieni nomen erasum ex parte legi potuit.* — 2) *Etiam in papyris Hermopolitanis, quas edid. Wessely Corp. pap. Hermopol. I (1906) n. 52 seq. 93. 119 (Corp. pap. Raineri I p. 166 n. XXXIX), Gallienus per annos regni eius XIV et XV (266/267. 267/8) dicitur Γερμανικὸς μέγιστος Περσικὸς μέγιστος.* — 3) *A. 262 vel 263 (cf. supra N. 541. 542). Tribuniciae potestate duodecima, collato titulo supra N. 541, videtur indicari annus 263.* — 4) *Cohors praeterea ignota.*

8924 im[*p.*] Caesari L. Iulio | Aurelio[1] Septimio | Vaballatho | Athenodoro Per|sico maximo Ara|bico maximo Adia|benico maximo Pio | Felici invicto Au[*g.*][2] | . . . . .

In via quae Bostra ducebat Philadelphiam, undecim milibus passuum a Bostra (Comptes rendus de l'Acad. des inscr. et b. l. 1903 p. 598 descr. Germer-Durand). — 1) *Nomina plena Vaballathi, in nummis primis tantum litteris indicata, sic perscripta antea nondum habebamus, cf. Prosopogr. imp. Rom. III p. 215 n. 347.* — 2) *A. 271.*

8925 [*im*]p. Caesar | [*L. Domitius* | *Aurelianus*[1] | *pius fe*]lix Augustu[*s* | *tribu*]niciae pote|[*stati*]s III[2], cos., p. p., | [*pro*]consul, pon|[*tifex m*]aximus, Parti|[*cus max*]imus, Gutticu[*s* | *maximu*]s, Germanicus | [*maxim*]us, Carpicus | [*maximus, r*]estitutori *(sic)* patri[*ae*]; | . . . . s[3] | [*pra*]eses provincia[*e* | *dev. numini*] maiestatiq. eius.

Callatide (Mangalia) in Moesia inferiore rep. (III S. 7586 vidit Domaszewski). — 1) *Nomen imperatoris erasum recte supplevit primus editor Tocilescu.* — 2) *A. 272.* — 3) *Etiam nomen praesidis provinciae erasum.*

8926 Victoriis Au[*gustis*] | imp. Caes. M. Claudi Taciti pii felicis Aug. pont. max . . . . . . | Q. Numisius Primus aedilic., dumvirali[*c.*] . . . . [*quam*] | ex HS XVI mil. n. facere promiserat, multi[*plicata pecunia cum*] Numisiis Praetextato et Primo filis et Nonia . . [*coniuge perfecit*] | et certamina pugilum edidit. Quam et . .

Membressae (Medjez el Bab) rep., iam Tunete (VIII S. 25836 vidit Merlin).

8927 fortissimo ac | piissimo d. n. Probo | Aug., quot *(sic)* saeculo | eius universus or|bis floreat, col. Thug|ga numini eius dicatis|sima, curante Iul. Italico | c. v.[1], devotissima maiestati | eius.

Thuggae in theatro rep. (VIII S. 26560 vidit L. Poinssot). — 1) *Eiusdem nominis vir, fortasse idem, supra N. 4145.*

8928 imp. C. M. | Aur. Maus.[1] | Carausio[2] p. f. | invicto Aug.[3] *(In parte opposita)* Fl. Val. | Cons|tant|io[4] nob. | Caes.

Prope Carlisle rep., columna (Haverfield Academy 12. Jan. 1895 p. 41; Mowat bull. des antiquaires de France 1895 p. 146). — 1) *Nomen hoc Carausii praeterea ignotum; sed etiam in nummis quibusdam, quos protulit Mowat l. c. (cf. Webb num. chronicle 1907 p. 38), est M. Aur. M. Carausius.* — 2) *A. 287—293.* — 3) *Hic reliquias duorum versuum* (. . . . o | . . . as) *adiungit Mowat, nomina locorum ibi quaerens; reliquias illas nullas esse (nihil illo loco cerni) adfirmat Haverfield.* — 4) Cons|tant[i]|no *Mowat (ut hic titulus sit anni p. Chr. 305/6); utrum* Constant|io *fuerit an* Constant|[i]no, *definire non ausus est Haverfield.*

8929 imp. Caes. C. Aurel. | Val. Diocletiano | p. f. invic. Aug. pon[*t.*] | max., Germanico | max., trib. potes.[1], | p. p., procos., | Afranius Hanni|balianus[2], Iul. As|clepiodotus[3] v[*v.*] | eemm. prae[*ff. praet.*], | d. n. [*m. q. e.*].

Oesci rep. (descriptam a Skorpil dedit Bormann). — 1) *A. 284? (cf. not. 3 fin.).* — 2) *Praefectus urbi a. 297 (chromogr. a. 354, Momms. chron. min. I p. 66), nec diversus Annibalianus consul ord. a. 292 cum Asclepiodoto (cf. not. 3), memoratus (una cum eodem) vit. Prob. 22, 3 inter duces ex disciplina Probi. Fortasse ab eo nomen traxerunt Hannibalianus, filius natu minimus Constantii Caesaris (chron. Pasch. p. 516 ed. Bonn.) et Flavius Hannibalianus rex regum Ponti, occisus a. 337 (ipsum fuisse socerum Constantii Caesaris coniecit Seeck P. W. IV 1041). Antiquior Hannibalianus memoratus in t. Tralliano, de quo egit Groag oesterr. Jahresh. 1907 p. 282 seq.* — 3) *Asclepiodotus praefectus praetorio (a. 296 ut videtur) Allectum Britanniae tyrannum oppressit (Vict. Caes. 39, Eutrop. 9, 22, Zonar. 12, 31). Incertum an ad eundem datae constitutiones a. 292. 293 (cod. Iust. 5, 30, 2; 31, 9; 70, 4. 8, 17, 9; cf. Mommsen Ges. Schr. 6, 287 not. 1). Idem consul cum Hannibaliano a. 292, cf. not. 2. Titulus hic videtur positus ante eum annum, ex quo vir clarissimus uterque dictus est, fortasse positus ipso initio imperii Diocletiani (sane numerus tribuniciae potestatis etiam postea omitti potuit).*

8930 Iovi Auguste[1], vincas!

8931 Iovi Cae[*s*]ar[1], vincas!

Alexandriae in museo (alterius particula Cairi), arae duae (S. de Ricci comptes rendus de l'Acad. des inscr. 1908 p. 793, 1909 p. 146). — 1) Videntur significari Diocletianus et Galerius, cf. supra N. 621 (not. 1). 623. 634. 658. 659.

8932 d. n. Gal. Valeriae[1] | sacratissimae | ac piissimae Aug. | matrique castro|rum, | [*Va*]l. Diogenes v. p. praes[*es*[2] | *de*]vots. *(sic)* n. m. que dignissim[*ae*].

Apameae Phrygiae (III S. 13661 vidit Kubitschek). — 1) Diocletiani filia, Galerii uxor. — 2) Praeses fuit provinciae Pisidiae (III 6807), cui provinciae Apamea illis temporibus adtributa fuit.

8933 imp. Caes. | C. Val. Gale|rio Maxim|[*i*]ano et C. V|alerio Galerio Max|imino nob|ilissimo C|aes. r. p. D.[2]

Inter Dianam et Zarai Numidiae, miliarius (VIII S. 22490 = Gsell rech. arch. p. 171 n. 181). — 1) Titulus positus Augusto et Caesari Orientis a. 305 vel paullo postea. — 2) Res publica Dianensis.

Similis titulus Constantii et Severi iuxta stetisse putandus est (una repertus est titulus Severi VIII S. 22491, sed paullo aliter conceptus).

8934 domino nostro | clementissimo | et piissimo | Maxentio | invicto | et providentiss. | semper Aug. | Manli. Rusticianus | v. em., praef. praet., | devotus n. m. q. e.

Romae in foro rep. (Vaglieri bull. comunale di Roma 1900 p. 65; Huelsen Beitr. z. alten Gesch. II 1902 p. 243).

8935 Marti invicto patri | et aeternae urbis suae | conditoribus[1] | dominus noster | imp. Maxent[*iu*]s p. f.[2] | invictus Aug. *(In latere dextro):* dedicata die XI kal. Maias[3] | per Furium Octavianum v. c., | cur. aed. sacr.

Romae rep. mense Nov. 1899 in foro ante ecclesiam S. Hadriani (VI 33856 vidit Huelsen). Et frontis titulus et lateris substituti in locum titulorum antiquiorum erasorum; et supersunt in latere sinistro et in postica inscriptiones antiquiores. Tractavit Vaglieri bull. arch. comunale di Roma 1903 p. 134 seq. — 1) Romulo et Remo. Locus, ubi lapis repertus est, non multum (20 metr.) abest a cippo antiquissimo supra N. 4913 et a lapide nigro, qui credebatur Romuli sepulchrum tegere (cf. Huelsen Beitr. z. alten Gesch. II 1902 p. 237). — 2) Maxentii nomen erasum, sed legitur. — 3) Natalis urbis.

8936 impp. | dd. nn. | L. Domi|tio Alexa|ndro[1] et | Fl. Const|antino | Augg.

Alicubi in Africa proconsulari, fortasse prope Siccam Veneriam rep. (VIII S. 22183 Roy homo valde accuratus descripsit ex ectypo). — 1) De hoc Alexandro cf. supra n. 674 (Eph. ep. 5, 257 iam est VIII 21959). Apparet ex hoc lapide Alexandrum per aliquod tempus collegam dici voluisse Constantini.

8937 virtute domini nostri Constantini maximi pii felicissimi invicti Augusti suppressis domitisque Francis, in eorum terris castrum Divitensium sub praesentia principis sui devoti numini maiestatique *duodeviginti haec vota fecerunt[1].

In castro Tuitiensi, i. e. Deutz (XIII 8502 servavit Rupertus abbas Tuitiensis, ex cuius opere aliquo ms. sumptam edid. a. 1571 Surius de probatis sanct. histor.; vindicavit Domaszewski mus. Rhen. 59, 1904 p. 470). — 1) *Postrema corrupta esse apparet; fuisse* duoetvicesimani *(sc. milites legionis vicesimae secundae Primigeniae, cuius legionis praeterea nulla mentio post nummos Carausii)* — X vota XX — fecerunt *coniecit Dom.*

8938 Romanae securitatis libertatisq. vindicibus | dd. nn. Fl. Val. Constantino et V[*al. Liciniano Licinio*][1] Piis Felicibus aeternis Augg., | quorum virtute et providentia edomitis | ubique barbararum gentium populis | ad confirmandam limitis tutelam etiam | Tropeensium civitas auspicato a fundamentis | feliciter opere constructa est, | Petr. Annianus v. c. et Iul. Iulianus v. em. praeff. praet.,[2] numini eorum semper dicatissimi.

Adamklissi in regione Dobrudscha, ubi fuit civitas Tropaeum Traiani provinciae Moesiae inferioris (III S. 13734 = Tocilescu arch. ep. Mitth. 17 p. 190). — 1) *Licinii nomen erasum.* — 2) *Eorundem praefectorum epistula extat (ad Optatum Mil. cod. Paris. 1711; ed. post alios Ziwsa ad Optatum Milev. p. 212), data ad Domitium Celsum vicarium Africae a. 315 ut videtur (Duchesne mél. de l'école fr. de Rome X p. 594. 607. 629; Pallu de Lessert fastes des prov. afric. II p. 171). Titulum positum esse ante a. 317 etiam ex eo manifestum est, quod Caesares eo anno creati non memorantur. Videntur hi praefecti communi certe nomine praefecturam administravisse, quamquam re vera sine dubio alter Constantini, alter Licinii praefectus fuerit. Cf. Momms. Herm. 36, 1901 p. 204 = Ges. Schr. 6, 287.*

8939 Licini Auguste, semper vincas! *(litteris minoribus impressum)* Na|iss. *(In media patera inter ramos olivae)* sic X, sic XX.

Naissi rep. a. 1901, paterae duae argenteae, iam Belgrad in museo (Vassits Revue archéol. ser. 4 t. 1, 1903 p. 26. 27 cum imagine).

8940 dei sancti Solis | simulacrum consecr. | die XIIII kal. Decem., | debet. singulis annis | iusso sacro dd. nn. | Licini Aug. et Licini Caes.[1] | ture cereis et profu|sionibus eodem die | a praep. et vexillat. | in cast. Salsoviensib.[2] | agentib. exorari. | Val. Romulus v. p. dux[3] | secutus iussionem | describsit.

In vico Dobrudschae Mahmudia, ubi Salsoviam fuisse ex hoc titulo apparet rep. (Pârvan Convorbiri literare 40, 1906 p. 1023; vidi ectypum). — 1) *Nota nullam mentionem fieri Constantini filiorumque. Titulus videtur extremi temporis Licinii, quo concordia inter eum et Constantinum desierat et ipse numinum cultui favere credebatur.* — 2) *Salsovia memoratur in itinerariis (it. Ant. p. 226, tab. Peut., Geogr. Rav. p. 178, 14) et in Notitia dignitatum (or. c. 35, sub dispositione ducis Scythiae).* — 3) *Scilicet provinciae Scythiae.*

8941 imp. Caes. Flavio Vale|rio Constantino Pio | Felici invicto Aug. pon. | max., tribun. potes. | VIIII[1], cos. III, imp. VII[2], p. p., pro|cos., municipium Felix | Thabbora numini | maiestatique eius | devotum.

Henchir-Tambra in Africa proconsulari, ubi fuit Thabbora (VIII S. 23897 vidi ectypum). — 1) *A. 314.* — 2) *Expectaveris* imp. VIII *(cf. quae exposui Eph. epigr. 7 p. 430, item supra N. 695 seq.).*

8942 imp. Caes. Flavio Constan|tino maximo pio fel. | invicto Augusto | pont. max., Ger. max., | Sar. max., Brit. max., | Per. max., Aiab. *(sic traditur)* max., | Med. max., Gotico max.[1], | trib. pot. X[2], cos. IIII, imp. VIIII, | p. p., procons., | Annaeus Saturninus cur. r. p. | devotus numini eorum | inposuit, d. d. p. p.

Henchir Dzemda in Africa proconsulari, ubi fuit municipium Semta (VIII S. 23116 descr. Toussaint bull. archéol. du comité hist. 1893). — 1) *Cf. supra N. 695. 696. 705. 6091.* — 2) *A. 315.*

8943 optimo et venerabili | d. n. Fl. Constantino | maximo, victori pio | semper Aug. | Fl. Maesius Egnatius | Lollianus[1] v. c., curator | aquar. et Minic. d. n. m. q. e. *(In latere sinistro)* dedicata cum statione | a Fl. Lolliano c. v. cur., | kal. Martis | Ianuarino et Iusto conss.[2]

Romae rep. in foro prope lacum Iuturnae, cf. infra N. 9261, ubi aetate labente fuisse stationem aquarum ex hac aliisque inscriptionibus una repertis apparet (Vaglieri bull. arch. comunale di Roma 1900 p. 71; Boni Notizie degli scavi 1901 p. 129; Huelsen Beitr. z. alt. Gesch. 2, 1902 p. 244 n. 29). — 1) *Idem supra N. 1223—1225.* — 2) *A. 328.*

Patera fictilis, ornata imagine Christi sedentis et Constantini Faustaeque nominibus inscripta, museo Britannico ante non multos annos inlata (III S. 14378[a]; Dalton catal. of early christian antiquities in the Brit. Museum p. 160 n. 916 cf. tab. XXXIII), antiqua quidem esse videtur, sed imago illa et inscriptio recens (Wilpert Roem. Quartalschrift 1907 p. 107 seq., 1908 p. 182).

8944 [*p*]acifico piissimo[*q*]ue p[*ri*]ncip[*i*] | d. n. Fl. Cl. Constanti victor[*i* | *e*]t [*t*]riumfatori [*p*]erpetuo Au[*g.*] | Ant. Marcellinus[1] [*et*] Dom. Leonti[*us*[2] | *e*]t Fab. Titianus[3] vv. cc. prae[*ff.*] praet.[4] | n. m. [*q.*] eorum[5] semper dev[*o*]tissim[*i*, | *p*]rocurante Palladio v. p. praesi[*de* | *p*]rovinciae Thraciae, | † consecraverunt †

Prope Nova Zagora, ubi fuit Traiana (ἡ Τραιανέων πόλις) Thraciae, rep. (III 12330 descr. Skorpil arch. ep. Mitth. XV). — 1) *Praefectus praetorio a. 340 (cod. Theod. 6, 22, 3). Consul ordinarius fuit a. 341, cf. supra N. 6113.* — 2) *De Domitio Leontio praefecto praetorio Orientis cf. supra N. 1234; Momms. proleg. cod. Theod. p. CLXXII.* — 3) *Consul ordinarius a. 337. Ut praefectus praetorio (Constantis ut videtur) memoratur a. 343. 349 (cod. Theod. 12, 1, 36; 7, 1, 3), idem praefectus urbi N. 741. 8983.* — 4) *Cf. Momms. Herm. 36, 1901 p. 205 = Ges. Schr. 6, 288.* — 5) *Apparet titulum Constantii iuxta stetisse.*

8945 [*imp. Caes.*] Fl. Cl. Iuliano[1] pi[*o fe*]lici bict[*ori*] | venerabili ac triumfatori | semper Augusto pontifici | maximo, Ger. maximo, | Alaman. maximo, Fran. | maximo, Sarm. maxim., | imperatori II[2], conss. III[3], | patri patriae, proconsuli | recuperata republica.

Serdicae (Sofia), columna (III 12333 multoque melius Kalinka antike Denkmäler in Bulgarien p. 70 n. 76 viderunt ipse et Zingerle). — 1) *Primi editores titulum retulerant ad Aurelianum.* — 2) *Requiritur* VII; *cf. supra N. 753; Eph. ep. 7 p. 432.* — 3) *Titulus positus a. 361 vel 362; cf. supra N. 753.*

8946 bono r. p. nato d. [*n.*] | Fl. Cl. Iuliano [*princip*]|um (?) max. triumf. semp. | Aug., ob dele[*t*]a vitia | temporum preteri|[*torum*][1].

Mursae (Eszek) rep., columna (III S. 10648[b] *descr. Domaszewski). In eadem columna titulus Constantii et Galerii Caesarum (iis substituti Maximinus et Severus).* — 1) *Christianam religionem significari coniecit Domaszewskius.*

8947 aeternum imperatorem, | virtute ac pietate | praestantem, | Fl. Valentinianum | perpetuum Augustum | Gaius Valerius Eusebius | v. c., com. ord. prim. ac per orient.

Alexandriae (S. de Ricci comptes rendus de l'Acad. des inscr. 1905 p. 159).

8948 domino nostr[*o*] | Fl. Valenti p. [*f.*] | toto orbe victor[*i*] | ac triumfatori | semper Augusto | Placidus Severus[1] v. c., | a. v. praef. praet.[2], | d. n. m. q. eius. *(In latere dextro: patera. In latere sin.:)* Petronius Maximus[3] | v. c., iterum praef. urb., | curavit.

Romae in foro rep. (Notizie degli scavi 1899 p. 333; Huelsen Beitr. z. alt. Gesch. II 1902 p. 245 n. 31). — 1) *Idem supra N. 1232.* — 2) *Agens vices praefectorum praetorio.* — 3) *Idem qui supra N. 807/8. 809. Apparet Maximum basem Valenti dedicatam in alium usum vertisse. Idem titulus etiam in aliis basibus repertis in foro Romano Notizie l. c. p. 291. 334, quarum certe altera (l. c. p. 334) antea (anno 242) aliis usibus destinata fuit. Similes inscriptiones ex priore eius praefectura C. VI 1660. (Male Seeckius Roem. Mitth. 1905 p. 285, Briefe des Liban. p. 206 cogitavit de Maximo praefecto urbis temporibus Iuliani, Ammian. 21, 12, 24, Symmach. rel. 34, 5.)*

8949 [*s*]alvis ddd. nnn. | Valentiniano | [*Va*]lente et Gratiano | [*victo*]r. senp. Aug., burgum[1] | . . . . iaco confine leg. Octa|[*va*] . . . anensium fecit, sub cur. | . . . . . . ri p. p.[2], consu. d. n. Gratiano II | [*et Fl. P*]robo v. c.[3]

Prope Schwaderloch ad Rhenum, inter Confluentes ipsius Rheni et Aare (Koblenz) et vicum Stein, rep. (Anzeiger f. schweizer Alterthumskunde 7, 270 cum imagine = Korrespondenzbl. der Westd. Zeitschr. 1893 p. 193, B. Pick vidit ectypum). Similis tituli eodem anno positi fragmentum nuper prodiit in eodem tractu, Anz. f. schw. Alterthumskunde 1907 p. 190. — 1) *Similes tituli eorundem temporum supra N. 762. 773—775.* — 2) *Praepositi.* — 3) *A. 371.*

8950 [*Thermantia*]e[1] | [*sanctissimae*] ac nobilissimae | [*memoriae femi*]nae, coniugi divi | [*Theodosi*[2], *inlust*]ris comitis utrius|[*que militiae mag., m*]atri d. n. Theodosi | [*perpetui Augusti,*] aviae dd. nn. | [*Arcadi fortis*]simi principis | [*et Honori piis*]simi iuvenis | [*praestantia*

indo]lis suae | [*augenti divinam*] prosapiam, | [*Ceionius Ruf*]ius Albinus[3] v. c. [*praefectus urbi*] iudex iterum [*sacrarum cog*]nitionum d. c.

Romae in via sacra rep. (Gatti rendiconti della R. Accad. dei Lincei 1902 p. 586 supplevit). — 1) *Cf. Victor epit. 48.* — 2) *Idem supra N. 780.* — 3) *Cf. supra N. 789.*

8951 [*a*]rmipotens Liby[*c*]um defendit Honoriu[*s orbem?*]

Romae in foro prope columnam Phocae rep., fragmenta duo (VI 31256 vidit et coniunxit Huelsen; Buecheler carm. epigr. n. 1803). Spectare ad idem monumentum, ad quod titulus supra N. 794, coniecit Huelsen.

8952 d. n. Emili|e Mater|ne Term|antie[1] n. r.[2]

Romae olim, iam Neapoli, tabella aenea (XV 7152 Dressel vidit ectypum). — 1) *Est Thermantia, altera uxor Honorii, de qua cf. supra ad N. 800.* — 2) *Non intellegitur; conieceris fuisse vel incidi debuisse* n. p., *ut in ea quae sequitur.*

8953 d. n. Galla|e Placidi|ae n. p.[1]

Romae, tabella aenea (XV 7153 vidit de Rossi). — 1) *Nobilissimae puellae. Pertinet ad Gallam Placidiàm nondum Augustam (cf. supra N. 801 not. 1; N. 817. 818).*

8954 funditus hanc statuit Marcianus[1] e . . . [*aulam?*]
serius in regnum missus[2] post [*proelia multa?*]
reru[*m* . . . *c*]eleri medicina . . . .
[*e*]rigi[*t in*] melius quem lapsu[*m acceperat*] | orbem[3].

Aitos, non longe a Deulto Thraciae, rep., est Sofiae (III 12328. 14207, 12; imaginem Kalinka antike Denkmäler in Bulgarien p. 74 n. 82). Buecheler carm. epigr. n. 1805. In eodem lapide extant reliquiae alterius tituli multo recentioris, quas omisi. — 1) *A. 450—457.* — 2) *Scilicet annorum circiter LVIII, cum imperator fieret (chron. Pasch. p. 592 Bonn.).* — 3) 4) *Cf. Iordan. Rom. 332.*

8955 salvo d. n. Zen-	Symmachus
one et domno	v. c. praef.
Odovacre[1]	urbi[2] fecit.

Tabella aenea eius generis cuius N. 810—814 (Schlumberger Recueil de mémoires de la Soc. des Antiquaires de France, centénaire 1904 p. 413). — 1) *Concordia inter Odoacrem et imperatorem Orientis duravit ab anno fere 480 ad a. 489.* — 2) *Sine dubio Symmachus cos. a. 485 (Q. Aurelius Memmius Symmachus); praefecturae eius urbanae fortasse mentio in tituli amphitheatri Flavii (VI 32162. 32182, de quo monuit Schlumberger).*

8956 ex p.[1] d. n. | Theoderici | et s. c. *(In latere opposito)* LXV.

In paludibus Pomptinis rep. (de Rossi bull. crist. 1894 p. 83). — 1) *Ex praecepto.* — *Hic est unus ex terminis, ex auctoritate Theoderici, iussu senatus, statutis ad definienda loca Decennovii a Decio patricio exsiccata eique adtribuenda, quos terminos memorat Cassiodor. var. 2, 32, 4 (cf. supra N. 827 not. 5; de Rossi l. c.; Mommsen Cassiod. praef. p. CLXXXI).*

CAPVT III.

TITVLI REGVM ET PRINCIPVM NATIONVM EXTERARVM

(Addenda ad vol. I p. 188—193 N. 840—861).

8957 [*regi*] | magno Ag[*rip*]|pae[1] pio Philocae|sare *(sic)* et Philoromaeo, | patrono col., | pub. fac.

Heliopoli Syriae (Baalbek) (III 14387 vidit Puchstein). — 1) *Incertum utrum Agrippa maior (rex inde ab a. 37, defunctus a. 44) an filius eius (rex ut videtur inde ab a. 48); uterque enim appellabatur βασιλεὺς μέγας Ἀγρίππας φιλοκαῖσαρ εὐσεβὴς καὶ φιλορωμαῖος. Cf. Prosopogr. imp. Rom. II p. 162. 163 n. 88. 89.*

8958 regi magno | C. Iulio Sohaemo[1], | regis magni Sam|sigerami[2] f., Philo|caesari et Philo|[*r*]ohmaeo[3], honora|t[*o ornam.*] consulari|b[*us*] .... | patrono coloniae, | II viro quinquenn., | L. Vitellius L. f. | Fab. Soss[*i*]a[*nus*][4].

Heliopoli Syriae (Baalbek) (III 14387[a] vidit Puchstein). — 1) *Videtur esse is qui temporibus Neronis et Vespasiani Hemesam cum insignibus regiis tenebat (Ioseph. ant. 20, 8, 4 cet., Tac. h. 2, 81, cf. Prosopogr. imp. Rom. III p. 251. 545), pater enim Samsigeramus videtur esse rex Hemesae quem memorat Iosephus bell. 18, 5, 4; 19, 8, 1. Alius Sohaemus a. 39 Ituraeis rex datus est (Dio 59, 12 cf. Tac. ann. 12, 23).* — 2) *Cf. not. 1. Ad eundem videtur spectare titulus urbanus VI 35556[a]:* C. Iulio regis | Samsicerami | l. Glaco. — 3) *Requiritur* Philorhom-. — 4) *Idem ut videtur inter signatores diplomatis militaris antiquioris anno 60 (III p. 2328, 64).*

8959 .... | Bavarum gentes, quorum omnis multitu|do prostrata est, interfectis Taganin Masmule | et Fahem[1] regibus, adpraehensis etiam Afram | Fa ... vasamen[2] et ... inim[3] conlectis[4] rega|libus vota diis immortalibus Getulor. | [*persolv*]it Sul[*pi*]cius Sac ... us ....

Rep. in Mauretania Sitifensi, loco dicto Teniet-Meksen, iam Sitifi (Gsell bull. du Comité 1907 Iul. p. X; vidi ipse). Conferendi similes tituli supra N. 628. 1194. 4495; de Bavaribus vide praeterea N. 2767. 8500 cum not. 2, item infra N. 9006. — 1) *Sic (litteris* h *et* e *contignatis) vel* Faiem *lapis.* — 2) *Fortasse* Farmivasamen. — 3) *Nomen desinens in* ... inim *vel etiam* ... ivim. *Ceterum non solum multae litterae incertae, sed ne id quidem constat quomodo eae in vocabula distribuendae sint.* — 4) *Sic sine dubio legendum (quamvis litterarum partes inferiores desint). Intellege: concubinis.*

8960 cerne salutiferas sp[*lendent*]i marmore Baias[1],
qui calidos aest[*us fran*]gere[2] quaeris aquis,
hic ubi Vulcano Ne[*ptunus*] certat amore
nec necat unda f[*ocum*[3], *ne*]c nocet ignis aquas *(sic)*.
Gaude operi, Gebam[*unde*[4], *tu*]o, regalis origo,
deliciis sospes ute[*re cum*] populo.

Tunete rep. (VIII S. 25362 fragmentum intuenti sinistrum, in museum inlatum, photographicee habes cat. mus. Alaoui suppl. tab. LIV 1). — 1) *Baiarum nomen ad thermas translatum etiam in similibus carminibus eiusdem regionis et aetatis VIII S. 25425 (= Revue archéol. 1906 I p. 465 n. 183) et anth. Lat. ed. Riese n. 211.* — 2) [*tan*]gere *Buecheler,* [*tin*]gere *alii.* — 3) *Sic Buecheler,* f[*aces*] *Gauckler.* — 4) *Geilamiris ultimi regis Vandalorum consobrinus. Cf. Procop. Vand. 1, 18 Victor Tonnennens. s. a. 534 (chron. min. ed. Momms. II p. 198).*

CAPVT IIII.

TITVLI VIRORVM ET MVLIERVM ORDINIS SENATORII

(Addenda ad vol. I p. 194—292 N. 862—1312).

8961[a] L. Munatium C. f. Plancum[1] Italicei | et Graecei quei Delei negotiantur.

8961[b] L. Munatium C. f. Plancum | Italicei et Graecei quei Deli *(sic)* | negotiantur. | Ἀγασίας Μηνοφίλου Ἐφέσιος[2] ἐπόει.

Deli rep. a. 1904, lapides duo (I ed. 2 n. 830. 831 = Bizard et Roussel bull. de correspond. hell. 31, 1907 p. 458 cum imaginibus). — 1) *Homo praeterea ignotus. —* 2) *Idem artifex memoratur in compluribus inscriptionibus Deli repertis (cf. C. I. L. III p. 1307) et in Tenia supra N. 8889. Vixisse eum circa annum u. c. 650 videtur colligi posse ex inscriptione Delia C. I. Gr. 2285*[b].

8962 M'. Sabidio M'. f.[1] | leg. | cives Romani in | Sicilia Panhormi qui | negotiantur.

Terracinae (Borsari Notizie degli scavi 1900 p. 97). — 1) *Potest esse is quem memorat Q. Cicero de pet. cons. 2, 8.*

8963 [*S*]ex. Appuleiu[*s Sex. f. flamen*] | Iúlialis[1], q., pr. urb. . . | Hunc senatus in c[*ampum Martium publice in*] | sepulchru[*m Iuliorum efferundum et statua*] | pedest[*ri . . . . honorandum censuit*][2].

Carthagine (VIII S. 24583 vidi). Ad Sextum Appuleium, patrem consulis a. u. c. 729 (supra N. 894), maritum Octaviae maioris, sororis Augusti (cf. supra N. 8783), rettulit Cagnat (comptes rendus de l'Acad. des inscr. 1906 p. 478), probabiliter. — 1) *Alibi flamen divo Iulio sacratus dicitur Iulianus, supra N. 1122 (cum not. 2). —* 2) *Supplevit Cagnat.*

8964 Potitus Vale[*rius Messalla*] | XVvir ́sac. fa[*ciundis*][1], | q., pr. urb., c[*os.*[2], *procos.*] | Asiae bis[3], leg. . .

Romae ad viam Portuensem rep. (Vaglieri notizie degli scavi 1908 p. 175) — 1) *Idem sine dubio Potitus Messalla supra N. 5050 v. 150, quindecimvir sacris faciundis a. u. c. 737. —* 2) *Consul fuit aut a. 722 aut a. 725 (cf. Prosopogr. imp. Rom. III p. 370 n. 94). —* 3) *Messallam Potitum proconsulem Asiae fuisse constat ex titulis repertis Magnesiae ad Sipylum Lebas-Waddington 1660*[a] *et Mileti Wiegand Abh. Berlin. Akademie 1911 p. 70 (in utroque dicitur Μεσσάλας Ποτῖτος); novum, eum bis proconsulem Asiae fuisse, et mirum eum dici proconsulem bis, non proconsul per biennium.*

8965 . . . . c i u s . . .
[*cos., XV*] vir s. f., . . .
[*legatus pro*] pr. Augusti Caesaris in [*Illyrico*
primus? t]rans flumen Danivium . . .
. . . . . m et Basternarum[1] exer[*citum*] . .
. . . [*fu*]gavitque, Cotinos . . .
. . . . s et Anartio[*s*][2] . . .
. . . . . [*A*]ugusti . . . .

Frascati (Eph. ep. 9, 694 imaginem dedit Premerstein oesterr. Jahresh. 7, 1904 p. 216). Ad M. Vinicium consulem a. u. c. 735 rettulit Premerstein. — 1) *Basternas (sic scribitur etiam Tac. ann. 2, 65 et alibi) sive Bastarnas a. u. c. 725 devicerat M. Crassus (Liv. ep. 134; Dio Cass. 51, 23 seq.); iidem postea legatos ad Augustum miserunt (mon. Ancyr. 5, 52).* — 2) *De Cotinis cf. Tac. Germ. 43, de Anartiis sive Anartibus Caes. b. Gall. 6, 25; Ptol. Geogr. 3, 8, 3; C. I. L. III 8060. Cum iis Romanos temporibus Augusti aut conflixisse aut pepigisse ex hoc fragmento colligi potest.*

8966 Passieno Ru|fo tribuno mil. | legionis XII Ful|minatae, Pass[*ieni*] | Rufi[1] filio, [*Thug*]|genses pro [*ami*]|citia quae eis [*cum*] | patre est, libentes | dederunt.

Thuggae (VIII S. 26580 vidi ectypum; L. Poinssot nouvelles archives miss. scientifiques 13, 1906 p. 277). — 1) *Proconsul Africae a. p. Chr. 3, cf. supra N. 120. Mirum, et patris et filii praenomen omissum esse.*

8967 Xvir. stl. iudic., | q. Germanici | Caesaris[1], | leg. Ti. Caesaris Aug., | C. Iulius | Chr[*e*]stus[2] | Dioch. . . eq. duplic.

Antiochiae Syriae (III S. 14165, 14 solum initium; pleniorem Chapot bull. de corresp. hellén. 26, 1902 p. 161 acceptam a Tosellio). — 1) *Quaestorem Germanici novimus P. Suillium Rufum (Tac. a. 4, 31. 13, 42).* — 2) Christus *traditur.*

8968 M. Magio M. f. Ga[*l.*] | Antiquo praef. | cohor. Cil., praef. fab., | . . mius[1] Murriuṡ Umber | [*t*]rib. mil. leg. IIII Scythicae, | IIIvir cap., q. pro pr., | [*l*]eg. pro pr., aed. plebis | Cerialis, pr.

San Esteban de Gormaz, ubi fuit Uxama (Eph. ep. 8 p. 415 n. 144 Huebner vidit ectypum). — 1) *Fortasse praenomen Umbrum (Hue.).*

8969 [*Sex. Se*]ntio[1] Sex. f. | Caeciliano | [*Xvir. st*]l. iud., tr. mil. leg. VIII Aug., | [*quaest. prov. B*]aet., aed. pl., prae[*t., leg. p*]r. pr. prov. | . . . . . . [*cur. a*]lvei. Tib. et ripar., l[*eg. l*]eg. XV Apollina[*r.* | *et leg. III Au*]g.[2], leg. pr. pr. utriusq. Mauretan.[3], | cos., arbitratu | [. . . . *a*]e uxor. et Atlantis li[*b.*]

Aquilae in Aprutiis (IX 4194 vidit Dressel). — 1) *Nomen suppletum ex titulis Africanis, cf. supra N. 5955; VIII 10165 = 22172.* — 2) *Supplevit Cagnat (Armée rom. d'Afrique p. 287). Fortasse per hoc tempus positi ab eo sunt lapides supra N. 5955 similesque ibi memorati.* — 3) *Apparet Mauretaniam utramque, Caesariensem et Tingitanam, per aliquod tempus (sub imperatorum Flaviorum aliquo) procuratoribus ademptam, rectam esse a legato pro praetore. Cf. etiam N. 9200 not. 7.*

8970 . . . [*M. Ulp*]ium Traianum cos.[1], lega[*tum imp. Titi C*]aesa[*aris d*]ivi Vespas[*ia*]ni f. Vespa[*siani Aug. pro pra*]et. provinciae Syriae, procos. Asiae[2] et Hispaniae B[*a*]eticae, XVvi[*rum s. f., sodal*]em F[*l*]avialem, triumphalibus ornamen[*t*]is ex s. c. [*honoratum*] . . (*ex v. 2 exiguae tantum reliquiae supersunt*).

Mileti in ruderibus nymphaei, fragmenta epistylii (miserunt Ziebarth et Jul. Huelsen architectus; cf. Wiegand act. acad. Berol. 1904 p. 72). — 1) *Est pater imperatoris Traiani, de quo cf. supra N. 8797 not. 1.* — 2) *Vide supra l. c.*

8971 Ti. Iulio Ti. f. Cor. Celso Polemaeano cos.[1], procos. Asiae[2], trib. legionis III | Cyrenaicae, adlecto inter aedilicios ab divo Vespasiano, pr. p. R.[3], leg. Aug. | divorum Vespasiani et Titi provinciae Cappadociae et Galatiae, Ponti, | Pisidiae, Paphlagoniae, Armeniae minoris[4], leg. divi Titi leg. IIII Scythicae[5], procos. | Ponti et Bithyniae, praef. aerari militaris, leg. Aug. provinciae Ciliciae, XVvir. s. f., cur. | aedium sacrarum et operum locorumque publicorum populi Romani; Ti. Iulius Aquila Polemaeanus[6] cos. | patrem suum. Consummaverunt heredes Aquilae.

Ephesi rep. in ruderibus bibliothecae, cf. infra not. 6 (Heberdey oesterr. Jahresh. 7, 1904 Beibl. p. 56). Una prodiit gemella inscriptio Graeca (Cumont bull. Académie de Belgique 1905 p. 198). Praeterea Ephesi prodierunt inscriptiones ad eundem hominem pertinentes quinque: earum duas edid. Heberdey oesterr. Jahresh. 8, 1905 Beibl. p. 67, omnes Cumont l. c. p. 199. Ad eundem videtur pertinere fragmentum Sardibus rep. ath. Mitth. 1881 p. 147. Nomen eius dudum habebamus in titulo servorum eius urbano Graeco I. G. XIV 1966. Cf. quae exposuimus Ritterling oesterr. Jahreshefte 1907 p. 299 seq.; ego Herm. 45, 1910 p. 16. — 1) *Consul suffectus mense Mai. et insequentibus a. 92 (III p. 858 dipl. mil.; XIV 245 cf. eph. epigr. 7 p. 355 n. 1190 fast. Ostiens.).* — 2) *Proconsul Asiae videtur fuisse circa annum 106 (cf. Heberdey oesterr. Jahresh. 8, 1905 p. 235). Fortasse hic* Κέλσος ἀνθύ(πατος) *sub Traiano memoratur in nummo Cilbianorum superiorum Lydiae (Imhoof-Blumer Revue suisse de numism. 6, 1896 p. 207 n. 2 = Babelon inventaire de la collection Waddington n. 4942).* — 3) *Praetori populi Romani (in t. Graeco est, secundum consuetudinem Graecam,* στρατηγὸν δήμου Ῥωμαίων*).* — 4) *De hac enumeratione regionum legato Galatiae subiectarum vide supra N. 8819ª not. 4.* — 5) *In t. Graeco est:* πρεσβευτὴν θεοῦ Τίτου καὶ αὐτοκράτορος Σεβαστοῦ *(sc. Domitiani)* λεγιῶνος δ' Σκυθικῆς. *Fuit nimirum legatus legionis tempore mortis Titi.* — 6) *Idem memoratur etiam in aliis compluribus titulis patris (Cumont l. c.) eodem loco repertis (cf. supra), ex quibus apparet eum in patris memoriam extruxisse bibliothecam (*τὴν Κέλσου *vel* τὴν Κελσι[ανὴ]ν βιβλιοθήκην*, Heberdey l. c. 7, 52. 8, 67).*

8972 L. Roscio L. [*f. Quir. Mae*]|cio Celeri M . . . | Postumo Mam[*iliano?*] | Vergilio Staberia[*no*][1] quaestori imp. Hadria[*ni Aug.*], | s. A.[2], pr. peregr., leg. leg. XIIII G. M.[3] [*v.,* | *d*]ecreto concili provin[*ciae* . . . .

Emeritae in Lusitania (Eph. ep. 8, p. 520 n. 302 Huebner vidit ectypum). — 1) *Filius fortasse vel nepos L. Roscii Aeliani Maecii Celeris supra N. 1025. 3619.* — 2) *Sodali Augustali.* — 3) *Geminae Martiae.*

8973 L. Octavio Cornelio P. f. Salvio Iuliano | Aemiliano[1] Xviro, quaestori imp. | Hadriani, cui divos Hadrianus soli | salarium quaesturae duplicavit | propter insignem doctrinam[2], trib. pl., | praef. aerar. Saturni item mil., cos.[3], | pontif., sodali Hadrianali, sodali | Antoniniano, curatori aedium | sacrarum[4], legato imp. Antonini | Aug. Pii Germaniae inferioris[5], lega|to imp. Antonini Aug. et Veri Aug. | Hispaniae citerioris, procos. | provinciae Africae, patrono, | d. d. p. p.[6]

Rep. loco Africae dicto Sûk-el-Abiôd, ubi fuit Pupput, cf. supra N. 6788 (VIII S. 24094 vidit Merlin; ipse vidi ectypum). Tractavit Mommsen Ges. Schriften II 1 seq. — 1) *Est notus auctor iuris plerumque dictus Iulianus vel Salvius Iulianus (cf. Prosopogr. imp. Rom. III p. 164), P. Salvius Iulianus in mentionibus quibusdam consulatus (Publii praenomen omissum esse mirum, sed cf. infra N. 9052 not. 12).* — 2) '*Sub divo Hadriano perpetuum composuit edictum*' *(Eutrop. 8, 17).* — 3) *A. 148 cum C. Bellicio Torquato.* — 4) *Curator aedium sacrarum fuit a. 150 una cum Popilio Pedone (supra N. 1071), teste titulo VI 855:* locus adsignatus a Salvio Iuliano et Popilio Pedone cur. aedium sacrarum locorumque publicorum; dedic. XIII k. Oct. Gallicano et Vetere cos. *Nota Salvium Iulianum in titulo ipsi dedicato dici curatorem aedium sacrarum, Pedonem (supra N. 1071) curatorem operum publicorum.* — 5) *Ad hanc legationem eius pertinet titulus supra N. 7776.* — 6) *Decreto decurionum (sc. Puppitanorum), pecunia publica. Iulianum ex Africa oriundum fuisse ex hoc t. colligi nequit.*

8974 Cn. Iulio Cn. | fil. Vero cos. | desig. II, augur. | . .

Rep. supra Salonas in ripa sinistra fluminis Cetina, loco dicto Rumin, ex adverso vici Čitluk (III 8714 Bulič bull. dalm. 9, 193 vidit ectypum). Fuisse partem superiorem lapidis supra N. 1057, eodem fere loco reperti, perspexit Ritterling Westd. Korresp.-Bl. 1903 p. 216. De hoc Iulio Vero cf. infra N. 9116. Legatus Britanniae fuit a. 158 (cf. ib. not. 5), legatus Syriae inter annos 163 et 165 (supra N. 5864). Consul primum fuit sine dubio sub Antonino Pio, consul iterum sub M. Aurelio.

8975 . . . . *f.* . . . . *Fufi*]cio Cornu[*to*[1] . . . . | . . . . *cos., sodali Titia*]li Flaviali, leg. Aug. p[*ro pr. prov. Pannoniae super.*[2] . . . ., | . . . . . *leg. leg.*] . . . . quae est in Moesia . . . . . | . . . . [*leg. Aug. iuridico per As*]tyriam et Callaecia[*m*[3], ... | . . *praet. cand., tri*]b. pleb. candidato, [*quaestori*, . . . | . . *trib. leg.*] . . . . . donis militarib. [*donato a divo* | *Traiano bello Parthico coronis vallari et*] murali, vexillo ar[*genteo*[4], *hasta pura,* | *leg. pro pr. imp. Antonini Au*]g. Pii provinciae M . . . . .[5] | [*L.*] d. d. [*d.*]

Casalbordino prope Histonium (Vasto), oppidum Frentanorum, rep. (C. Mancini Atti della R. Accad. napol. di archeologia XVIII 1 n. 4, Rendiconto 1896 p. 50, cf. Huelsen Roem. Mitth. 1896 p. 253; tractavit etiam Ritterling arch. ep. Mitth. aus Oesterr. 20, 1897 p. 21). — 1) *Nomen suppletum ex tegula Histonii reperta IX 6078, 91 et ex diplomate militari (cf. not. 2).* — 2) *Suppletum ex diplomate militari C. III p. 1984, quod videtur datum inter a. 138 et 146.* — 3) *Cf. supra N. 1070. 1079. 2299.* — 4) *Cf. supra N. 1025. 1352. 2719. 2746. 8863.* —

5) *Mirum hanc legationem (Moesiae ut videtur) legi ex ordine exemptam loco postremo. (Postrema haec non ad Cornutum pertinere, sed ad eum qui titulum dedicavit, coniecit Ritterling.)*

8976 C. Novio, C. Novi | Prisci cos.[1] et Flavoniae | Menodorae fil., Ser.[2] Rus|tico Venul. Aproniano | Xvir. stlitib. iudicandis, | trib. laticl. leg. VI Fer. Capar.[3] | . . . . .

8976[a] . . . . | Apron[*iano*] | Xvir stlit. iu[*dic.*], | trib. l. [*c.*][4] leg. VI F[*err.*] | Caparc.[5], quaest. | cand., leg. Asi[*ae*], | trib. cand., [*praet.*] | desig[*nato*] | [*vi*]c. D . . .[6]

Antiochiae Pisidiae (III S. 6816. 6814 hanc descripserunt Ramsay et Sterrett, illius ectypum vidit Mommsen. Tertii similis tituli fragmentum ib. 6815). — 1) *Consul suffectus a. 152 (III S. p. 1987 dipl. mil.).* — 2) *Tribu Sergia videtur indicari Rusticum oriundum fuisse ex Antiochia.* — 3) *Cf. not. 5.* — 4) L · G *traditur; intellege: laticlavio.* — 5) *Significatur, ut viderunt Ritterling mus. Rhen. 58, 1903 p. 634 et Knox M'Elderry Classical Quarterly 2, 1908 p. 111, cf. 1909 p. 52 not. 6, Καπαρκοτνεῖ (sic Ptol. 5, 16, 3) sive Caporcotani (sic ut videtur tabula Peutingerana, inter Caesaream et Scythopolim), locus Galilaeae, hodie, ut vulgo creditur, Kefr Kud, ubi temporibus Pii tetendisse legionem sextam Ferratam ex hoc titulo disci potest. Tegulae inscriptae* leg. VI F. *nuper prodierunt in ruderibus a Kefr Kud aliquanto sept. versus sitis dictis el Ledschûn (Schumacher Mitth. u. Nachr. des deutschen Palaest.-Ver. 1904 p. 56), ubi castra legionaria fuisse ipsum nomen indicat.* — 6) *Unus ex vicis coloniae Antiochiae, cf. supra N. 7198 not. 1.*

8977 [*Q. Antistio Advento*] | Q. f. Quir. Postumio Aqu[*i*]|lino[1] cos., sacerdoti fetia|li, leg. Aug. pr. pr. provinc. Ger|maniae inferioris, leg. Aug. | at prae[*t*]enturam Italiae et | Alpium expeditione Germa|nica, cura. operum locorumq. | publicorum, leg. Aug. pr. pr. | provinc. Arabiae[2], leg. Aug. leg. | VI Ferratae et secundae Ad|iutricis[3], translato in eam ex|peditione Parthica, qua do|natus est donis militaribus | coronis murali vallari au|rea hastis puris tribus ve|xillis duobus, praetori, leg. | pr. pr. provinc. Africa., [*t*]r. pl., se|viro eq. R., q. pr. pr. provinc. | Macedoniae, tribuno mil. | leg. I Minerviae p. f., IIIIvir. | viarum curandarum, | Sex. Marcius Maximus ob in|signem eius in se benivolen|tiam s. p. p., d. d.

Thibili (Annuna) in Numidia (Cagnat Revue archéol. ser. III 21, 1893 p. 396 n. 88; lapidem descr. Gsell). — 1) *Ad eundem pertinent alii tituli Thibilitani, cf. supra N. 1091. 1091[a], item Germanicus supra N. 3094.* — 2) *Cf. III 92. Per hoc tempus uxori eius positus t. Graecus Gerasae Cagnat Inscr. Graec. ad res Rom. pert. III n. 1368.* — 3) *A. 164, cf. supra N. 1091.*

8978 Q. Servaeo Fusco | Corneliano c. v., | leg. provinc. Galatiae, l[*eg.*] | leg. I Italic., leg. leg. XIIII G[*e*]|min., pr. has. item ex deleg. | de liberalib. causis et su|premar.[1], iuridic. per Calab. | Lucan. Apuliam Brutt., cur. | viae Salar., tr. pl., q. urb., | cur. universae libert. | liberte[2] eius et fili eorum | alimentis annuis foti.

Gigthi ad Syrtim rep. (VIII S. 22721 Cagnat vidit ectypum). — 1) *De his praeturis vide Mommsen Staatsr. II (ed. 3) p. 225. 226. Cf. supra N. 950. 1159 (not. 10). 1160 (not. 3).* — 2) *Liberti et libertae.*

8979 . . [*V*]alerio[1] Claud. | . . . Acilio Prisciliano | . . . [*a*]uguri, Laur. Labi|[*nati, comiti Augg.*] nn. inter XX cos.[2], | [*cur. alvei Ti*]beris riparum | [*cloacaru*]mquae (*sic*) sacrae | [*urbis, cons*]ulari ordinar.[3], | [*praet. tu*]telar., quaest. | [*urban*]o, quaest. | . . . .[4], pontifici | [*Laur. Lab*]i.[5], trium|[*viro m*]onetarum | [*a. a. a. f.*] f., seviro | [*equit. R*]om. tur|[*mae*] . .[6], ob eximium | [*amor*]em in cives, | [*sa*]cerdotales et | [*popul*]us[7] sue pecuniae[8] | [*p*]osuerunt.

Lavinii (Praticae) cf. supra N. 6181 seq. (Eph. ep. 9, 593 descr. Dennison, ipse vidi imaginem photographicam). — 1) *Sic vel* [*G*]alerio. *Homo praeterea ignotus, quamvis fuerit consul ordinarius (cf. not. 3). Cognomen eius, quo solebat appellari in fastis consularibus, fortasse periit ante Acilii vocabulum.* — 2) *De viginti consularibus creatis a senatu a. 238 cf. supra N. 1186 not. 3. Potuit unus ex iis, qui Pupienum contra Maximinum comitatus est, dici comes Augustorum nostrorum inter viginti consulares.* — 3) *Vir consularis ordinarius dicitur etiam Volusianus consul ordinarius in titulo supra N. 1332; cf. etiam N. 1180 not. 1.* — — 4) *Duplex quaestura etiam in titulo eiusdem aetatis supra N. 1180 et in aliis compluribus (Mommsen Staatsr. II ed. 3 p. 259 not. 2).* — 5) *Supplevit Domaszewski (pontifices Laurentium Lavinatium etiam supra N. 1190. 1392. 1886. 2741. 5006).* — 6) *Excidit numerus turmae equitum Romanorum.* — 7) *Sic etiam in alio titulo Lavinate supra N. 6185.* — 8) *Requiritur:* sua pecunia.

8980 . . . . . [*consuli ordin*]ario[1], a sena[*tu electo*[2] . . . . . | . . . . . tanicae, sace[*rdoti*] . . . . . . no, leg. leg. VII . . . . . . | [*cur. viae Lavic*]anae et Latinae ve[*teris*[3], | *procos. prov. Sic*]iliae, praetori, tribu[*no pl., quaestori,* | *trib. legionis . . . Adiu*]tricis[4] p. f., Xviro s[*tlitibus iudicandis,* | *ob exi*]miam eius in se a[*dfectionem*] . . . . . [*pu*]bl. ex decr. spl. o[*rdinis* . .

Sidi bu Arkub prope Vinam provinciae Africae proconsularis (Carton bull. des antiquaires de France 1908 p. 284). — 1) *Ordinarii vocabulum in titulis reperitur datum consulibus non ante a. 214 (supra N. 1159), deinde a. 225 (N. 1175).* — 2) *Fortasse hic quoque, ut Caesonius Lucillus supra N. 1186 et Priscilianus qui praecedit, fuit inter vigintiviros consulares a senatu contra Maximinum electos.* — 3) *Cf. supra N. 1174.* — 4) *Sic, vel:* [*Vic*]tricis.

8981 P. Fl. Pu|dens Pom|ponianus v. c., | procos. | Cret. Cyr., | leg. Aug. | prov. | Aquae|tanicae (*sic*), | praef. | frum. | d. e s. c.[1], | cur. Al|bensium | Fuc., pr., | trib. pl., | q. prov. | Siciliae, | patriae | suae d. d.

Thamugade, litteris q. d. uncialibus (Cagnat revue de phil. 19, 1895 p. 215, bull. des antiquaires de France 1895 p. 135 cum imagine). Eidem homini positus est titulus supra N. 2937, et ipse uncialibus litteris scriptus. — 1) *Cf. supra N. 903. 947 cet.*

8982 Pompeianis vita! | ob insignem iustitiam | et merita litterarum et amore, | quem non solum circa patriam | sed per omnem provinciam conlocavit, | Iul. Cl. Peristerio | Pompeiano v. c., ex cons. p. S.[1], | universa curia in coetu splendidu (*sic*) suo | patrono digno et prestantissimo | statuam conlocavit. | Amazoniis[2] vita!

Lilybaei, in eodem lapide in quo N. 8911 (Notizie degli scavi 1905 p. 217). — 1) *Ex consulari provinciae Siciliae.* — 2) *Signum ut videtur Pompeiani vel uxoris.*

8983 [*F*]abius Titianus v. c. XVvi[*r s. f.*], | cons. ord., iterum praef[*ectus*] | urbi[1] | votum libens s[*olvit.*

Cumis (Waltzing revue de l'instruction publ. en Belgique 36, 1893 p. 278). — 1) *A. 350/1. Cf. supra N. 741. 1227.*

Cumis votum solvit quindecimvir sacris faciundis, in patria Sibyllae.

8984 Anici Aucheni Bassi[1] v. c. | Anicio Auchenio Basso v. c., | proconsuli Campaniae, | praefecto urbis, | ob inlustria merita et | circa provinciales | praeclara providentia, | ordo populusque | Neapolitanus patrono | originali.

Neapoli (Sogliano Notizie degli scavi 1892 p. 166). — 1) *Idem supra N. 1262. 1263. 1292. 5702.*

8985 [*v*]ir[*tutu*]m o[*mnium ac tot meri*]torum viro, censurae | culmine et moderatione | praecipuo, provido semper | et strenuo, indulgenti | bono benigno iustissimo, | Nicomacho Flaviano[1] v. c., | consulari Campaniae, | proconsuli Asiae, praefecto | urbi iterum[2], patrono | originali, statuam censuit | ordo ab his semper defensus | ac populus.

Neapoli (Spinazzola Notizie degli scavi 1893 p. 521). — 1) *Filius Nicomachi Flaviani, ad quem pertinent N. 2947. 2948, memoratur ipse N. 2948 (cf. ib. not. 2—5).* — 2) *De praefecturis urbanis Nicomachi dixit Spinazzola l. c. p. 524. 525. Titulus positus est ante praefecturam praetorio Nicomachi, id est ante annum 431.*

8986 . . . . | tanti ordinis . . . . . ci eius . . . . | statuam pro a . . . . . ins . . . . a ad [*memoriam pos*]|teritatis Anici[*us Aci*]lius Glabrio Fau[*st*]us[1] [*v. c.*] | proavo suo ma[*terno*[2] *pr*]o cultu reverentiae [*debitae?* | *er*]exit.

Romae in campo Martio non longe a Tiberi, ubi dicitur via de' Soldati, rep. (Gatti Notizie degli scavi 1904 p. 401). — 1) *Idem Glabrio Faustus eodem fere loco ut videtur urbis Romae patri posuit titulum supra N. 1281, socero N. 1282; cf. praeterea N. 803. 1283.* — 2) *Acilium Severum, consulem a. 323, praefectum urbis a. 325 significari coniecit Gatti.*

8987

Ius ad iustitiam revocare aéquumque tueri[1]
 Dalmatio lex est, quam dedit alma fides.
Bis sex scripta[2] tenet praetorisque omne volumen[3],
 doctus et a sanctis condita principibus.

Hic idem interpres legum legumque minister
quam prudens callet, tam bonus exequitur.
Multis pro meritis, Valeri, iustissime rector,
multis pro meritis haec stat imago tibi,
quam positi longe testantes publica vota
usque procul patriae mittimus in gremium.
Hinc praefecturae summos venramur *(sic)* honores,
hoc te gaudentes omine prosequimur.
Quisquis scire volet, quorum celebreris amore,
ille hoc indicium sumserit ex titulo:
Dalmatio posuit provincia Lugdunensis
tertia[4] patrono grata clienta suo.

Inter Mursam (Eszek) et Sopianas (Fünf-Kirchen) Pannoniae rep., tabula magna aenea (Mommsen Sitzungsber. Akad. Berlin 1902 p. 836 = Ges. Schriften II p. 150 cum imagine). — 1) *Rector provinciae (v. 7), deposito munere redux in patriam (v. 10), laudatur propter aequitatem et iuris scientiam.* — 2) *Duodecim tabulas.* — 3) *Edictum perpetuum.* — 4) *Provincia tertia Lugdunensis memoratur una cum provincia Senonia in laterculis provinciarum saec. p. Chr. quinti, cf. supra N. 6117 not. 2.* — *Cum hac tabula conferendae sunt similes tabulae patrocinales, quas civitates provinciae Senoniae consulari suo posuerunt supra N. 6117.*

8988

cum mundum l[*inqu*]ens Dem[*etria*]s[1] Am[*nia*[2] *virgo*]
cla[*ud*]eret extremum non morit[*ura diem,*
hae]c tibi pap[*a L*]eo[3] votorum extrem[*a suorum*
trad]idi[*t u*]t sa[*cra*]e surgeret au[*la*] d[*omus*].
M[*a*]nd[*a*]ti completa fides, sed glor[*ia maior*
in]terius[4] votum [*s*]olvere quam propa[*lam*][4]
In[*dide*]rat culm[*e*]n Step[*hanus*], qui primus in or[*be*
ra]ptus mor[*te tr*]uci regn[*a*]t in arc[*e poli.*
Pr]aesulis ha[*nc iuss*]u Tigrinus p[*resbyter aulam*]
excolit ins[*om*]nis mente labo[*re vigens*].

Ad viam Latinam, 3 mil. pass. ab urbe, rep. in ruderibus ecclesiae quae S. Stephano dedicata fuit (ex frustulis circiter nonaginta composuit Garrucci apud Fortunatium scavi lungo la via Latina 1859 p. 26, storia dell' arte cristiana I 1881 p. 512, idem supplevit). — 1) *Cf. Lib. pontif. c. 47 (I p. 238 Duchesne): huius (Leonis) temporibus fecit Demetria ancilla Dei basilicam sancto Stephano via Latina, miliario III in praedio suo. De hac Demetria sive Demetriade cf. Seeck apud P.-Wissowa I 2207 n. 50. Filia fuit Olybrii consulis a. 395 et Aniciae Iulianae (cf. supra N. 1267).* — 2) *Cf. supra N. 1221 (not. 2). 1269.* — 3) *A. 440—461.* — 4) *Sic Garruccius ap. Fortunatium,* [*al*]terius *et* prop[*rium*] *(hoc contra lapidem) Viscontius.*

8989 Marinianus vir inl., ex pf. [*praet.*] et cons.[1] ord.[2] | cum A[*na*]stasia[3] inl. fe[*m. eius*][4] debita vota | beatissimo Petro apostolo

persolvit, | qu[*a*]e precibus pap[*a*]e Leonis mei[5] | [*pro*]vocata sunt atq. perfecta.

Romae in fronte ecclesiae S. Petri, in opere musivo (semel descripta ante saec. VIII ut videtur, servavit cod. Pal. Vat. 591, restituit et ed. de Rossi inscr. chr. II p. 55 n. 10, cf. Grisar roem. Quartalschr. 9, 1895 p. 261). — 1) expf' et cons' *legitur loco non suo, ad indicationem loci adiunctum.* — 2) *A. 423. Idem memoratur supra N. 1285.* — 3) apostasia *traditur.* — 4) inl. fe. *legitur loco alieno (inter* aplo *et* psolvit). — 5) in ei *traditur. A Leone papa I basilicam S. Petri renovatam esse legitur in libro pontificali; ei Marinianum cum coniuge Anastasia opem tulisse hoc titulo discimus (de Rossi l. c.). De Mariniano cf. praeterea Duchesne lib. pontif. I praef. p. CXXVI.*

8990 *(intra clupeum)*

. . . . . [*f*]erit geminum uno tempore vulnus
. . . . eans fit sine fine dolor
. . . . [*lac*]rimas mox poscit et alter
. . . . . . a sed bonitate pater

Fl.
Amala
Amalafri-
da Theode-
nanda[1] c. f.
. . . . . .

In vico agri Praenestini Genazzano in pavimento ecclesiae, Roma ut videtur ablata (de Rossi bull. crist. 1894 p. 77 tab. VIII). Buecheler carm. epigr. 1850. — 1) *Nota est Amalafrida, regis Theoderici soror, mater Theodahati postea regis (Iordan. Get. 58, 299, Procop. Goth. 1, 3), secundis nuptiis uxor Thrasamundi Vandalorum regis. Ab hac regina, defuncta in Africa (Cassiod. var. 9, 1, Victor Tonnen. a. 523) haec sine dubio diversa, sed ex stirpe ut videtur eius, ex priore scilicet matrimonio.*

8991 d. n. Honorio semper Aug.

(imperator, in altera tabella hastam et scutum tenens, in altera labarum et globum cum Victoria; in labaro scriptum) in nomine | XPI vincas | semper!

Probus famulus[1], v. c., cons. ord.[2]

Diptychon eburneum, Aostae in Thesauro ecclesiae cathedralis (V 6836 vidit Mommsen). — 1) *Scilicet imperatoris.* — 2) *A. 406 (cf. supra N. 1268 fin. cum not.)*

Videtur adnumerandum esse diptychis consulum quae dedi supra N. 1298—1312, sane ea re ab illis diversum, quod ipsi imperatori dedicatum est a consule, ideoque imperatoris, non consulis, imaginem exhibet.

8992 [*F*]l. Constantius[1] v. c.[2], comes et mag.[3] utriusq. mil. atq. patricius et secundo[4] consul ordinarius.

Treveris, olim ad ecclesiam S. Paulini, iam in museo, in tabula lapidea incisum, saeculo, ut litterae indicant, circ. XII, sed expressum sine dubio ex inscriptione antiquiore quam restituit de Rossi (XIII 3674 cf. de Rossi inscr. chr. I p. 264. 579); expressum autem est, ut demonstravit Graeven Westdeutsche Zeitschrift 23, 1904 p. 24 seq., non ex monumento aliquo lapideo antiquo, sed ex diptycho eburneo, eius generis quae diptycha consularia appellantur; atque for-

tasse huius ipsius diptychi particula nunc extat Berolini, a. 1875 Treviris ad S. Paulini reperta, cf. infra. — Praemittitur in lapide h(*ic*) iacet, *scilicet ut titulus sepulcralis fieret et pertinere crederetur ad Constantium patrem Constantini, quem Treveris sepultum esse antiquarii Treverenses medio aevo crediderunt (iidem matrem Constantini Treveris oriundam fuisse finxerant); cf. 'Gesta Treverorum' c. 18 Mon. German scr. 8 p. 151. Revera titulus pertinuit ad Constantium, maritum Gallae Placidiae, secundo consulem ordinarium a. 417, postea Augustum (cf. supra N. 801).* — 1) Elius Cstancius *lapis (pro* Fl., *quod in ebore fuisse putandum est, legerant* El., *idque de Aelio acceperant), deinde reliqua scribebant ita ut tunc scribere mos erat.* — 2) V̇R C̄S/LΛRIS *lapis* (v. c., *quod in ebore fuisse videtur, male intellexerant).* — 3) ΝAGIST̄ *lapis (utrum* mag. *an* magister *fuerit in ebore incertum).* — 4) ĀQ PAR̄ICIVS Γ̇ SC̄DO *lapis; ...* q. *(sic Graeven) vel ...* o *(sic Bohn)* patr. et et secundo ... *superest in tabella nunc Berolini adservata, Treveris reperta (XIII 10032, 12), quam partem fuisse huius ipsius diptychi putat Graeven.*

8993 Procop. Anthem.[1] Ant. fil.[2]

Diptychi eburnei pars dimidia, extabat Limoges (XIII 10032, 4 ad imaginem confectam saec. XVII vel XVIII, quam repetivit Villefosse bull. archéologique du Comité des travaux hist. 1884 tab. VII cf. p. 307). — 1) *Videtur esse Anthemius consul a. 455 (cum Valentiniano octavum), ab a. 467 ab a. 472 imperator Occidentis, Procopius Anthemius dictus in nummorum parte.* — 2) Ant. fil. *obscurum (fortasse non recte exceptum). Anthemii filius, interpretatur Villefosse gazette archéolog. 9, 1884 p. 122, referens ad Anthemium consulem orientalem a. 515, quem Anthemii imperatoris filium statuit.*

8994 [*M*]essi Phoeb. Sever[*i* . . .[1]

In parte aversa tabulae eburneae, in cuius parte adversa est anaglyphum aetatis Carolingicae (vidi imaginem photographicam quam a. 1909 Ad. Goldschmidt misit Hirschfeldio). — 1) *Est Severus consul a. 470, cf. supra N. 5634.*

CAPVT V.

TITVLI VIRORVM DIGNITATIS EQVESTRIS

(Addenda ad vol. I p. 293—324 N. 1313—1472).

8995 C. Cornelius Cn. f. Gallu[*s*[1] *eq*]ues Romanus pos[*t*] rege[*s*] | a Caesare deivi f. devictos praefect[*us Alex*]andreae et Aegypti primus, defection[*is*] | Thebaidis[2] intra dies XV, quibus hostem v[*icit, bis a*]cie victor, V urbium expugnator Bore[*se*]|os[3], Copti, Ceramices, Diospoleos meg[*ales, Op*]hieu[4], ducibus earum defectionum inter[*ce*]|ptis, exercitu ultra Nili catarhacte[*n transd*]ucto, in qnem locum neque populo | Romano neque regibus Aegypti [*arma ante s*]unt prolata, Thebaide, communi omn[*i*]|um regum formidine, subact[*a*] leg[*atisque re*]gis Aethiopum ad Philas auditis eoq[*ue*] | rege in tutelam recepto, tyrann[*o*] Tr[*iacontas*]choenundi[6] Aethiopiae constituto, die[*is*] | patrieis et Nil[*o adiu*]tori d. d. | [*Γ*]άιος Κορνήλιος Γναίου υἱὸς Γάλλ[*ος ἱππεὺ*]ς Ῥωμαίων, μετὰ τὴν κατάλυσιν τῶν | ἐν Αἰγύπτωι βασιλέων πρῶτος ὑπὸ Καίσ[*αρος ἐπὶ*] τῆς Αἰγύπτου κατασταθείς, τὴν Θηβαίδα ἀ|ποστᾶσαν ἐν πεντεκαίδεκα ἡμέραις δὶς [*ἐν παρ*]ατάξει κατὰ κράτος νικήσας, σὺν τῶι τοὺς ἡ|γεμόνας τῶν ἀντιταξαμένων ἑλεῖν πέν[*τε τε πό*]λεις τὰς μὲν ἐξ ἐφόδου, τὰς δὲ ἐκ πολιορκί[*ας*] | καταλαβόμενος, Βόρησιν, Κόπτον, Κεραμική[*ν, Διόσπ*]ολιν μεγάλην, Ὀφιῆον, καὶ σὺν τῆι στρατιᾶι ὑ|περάρας τὸν καταράκτην, ἀβάτου στρατια[*ις τῆς χώρ*]ας πρὸ αὐτοῦ γενομένης, καὶ σύμπασαν τὴ[*ν*] | Θηβαίδα μὴ ὑποταγεῖσαν τοῖς βασιλεῦσιν [*ὑποτάξ*]ας, δεξάμενός τε πρέσβεις Αἰθιόπων ἐν Φί|λαις καὶ προξενίαν παρὰ τοῦ βασιλέως λ[*αβὼν τύ*]ραννόν τε τῆς Τριακοντασχοίνου[7] τοπαρχία[*ς*] | μιᾶς ἐν Αἰθιοπίαι καταστήσας, θεοῖς πατ[*ρώοις καὶ Ν*]είλῳ συνλήπτορι χαριστήρια.

Philis in insula rep., lapis in duas partes scissus et in pavimentum areae adiacentis Caesareo (aedificati a. u. c. 741/2) coniectus, nunc inde extractus, est Cairi in museo (III 14147, 5 contulit S. de Ricci Archiv f. Papyrusforschung II 1903 p. 249; repetiverunt Dittenberger Orient. inscr. 654; Cagnat inscr. Gr. ad res Rom. pert. I 1293). Pars superior lapidis occupata est imagine equitis hostem prostratum ferientis et inscriptione Aegyptiaca versuum decem, solitas Aegypto regum laudes continente, sed ita mutila, ut utrum ad Cornelium Gallum (cf. not. 1) an ad Caesarem pertineat non appareat (cf. Erman Sitzungsber. Berl. Akad.

1896 p. 477; Wilcken Zeitschrift f. aeg. Sprache 35, 1897 p. 70 seq.); nomen certe Galli ab ea semper afuit; utrum ad Caesarem an ad praefectum Caesaris laudes illae referendae sint, dubitatur inter peritos. Aegyptiacis praescriptus est dies XX quarti mensis hiberni anni primi Caesaris, i. e. 15. Apr. a. u. c. 725; scilicet monumentum positum est anno primo praefecturae Galli, immo ipso primo anno imperii Romani in Aegypto. — 1) *De Cornelio Gallo cf. Prosopogr. imp. Rom. I p. 448 n. 1111. Aegyptum rexit ab a. 725 ad a. 727 vel 728. De monumentis, quae sibi ipse in Aegypto posuit, Dio 53, 23:* εἰκόνας ἑαυτοῦ ἐν ὅλῃ ὡς εἰπεῖν τῇ Αἰγύπτῳ ἔστησε, καὶ τὰ ἔργα ὅσα ἐπεποιήκει ἐς τὰς πυραμίδας ἐσέγραψε. *Huius adrogantiae etiam hic titulus testis. Eum solo prostratum esse probabile est aut eo ipso anno quo Gallus ab irato Augusto ex Aegypto revocatus est, aut non multo postea, certe non post extructionem Caesarei, hoc enim apparet ex loco quo lapis repertus est, cf. Borchardt Jahrb. der preuss. Museen 1903 p. 77.* — 2) *Expeditionem Thebaicam Galli memorat Strabo 17 p. 819.* — 3) *Boresis ignota.* — 4) Κεραμεική *et* Ὀφιῆον *vici Thebarum,* Διόσπολις μεγάλη *ipsae Thebae (cf. Wilcken Ostr. p. 22. 713).* — 5) *Thebaidem regibus Aegypti semper formidini fuisse contendit scriptor.* — 6) tr[*iacontas*]choenundi *Momms. adhibito ectypo nec mutavit de Ricci, lectionem tamen incertam esse significans. De Triacontaschoeno cf. not. 7.* — 7) *Cf. Ptol. 4, 7, 32:* μετὰ τὸν καταρράκτην τὸν μέγαν οἱ τὴν Τριακοντάσχοινον κατανεμόμενοι μεταξὺ τῶν Αἰθιοπικῶν ὀρῶν καὶ τοῦ Νείλου ποταμοῦ; *ib. 1, 9, 9. Dittenberger Orient. inscr. 111:* αἱ ἐν τῇ Τριακοντασχοίνῳ πόλεις. — 8) μιᾶς *obscurum.*

8996 . . . . . .[1] | praefectus Aegypt[*i, et*] | Terentia A. f. mater[2] eiu[*s, et*] | Cosconia Lentulií *(sic)* Malug[*inensis f.*][3] | Gallitta uxor eius, ae[*dificiis*] | emptis et ad solum de[*iectis*] | balneum cum omn[*i ornatu* | *Volsiniens*]ibus ded[*erunt* | *ob publ*]ica co[*mmoda*].

Volsiniis (Bolsenae) rep., est Florentiae (XI 7283 vidit Bormann; Notizie degli scavi 1903 p. 366, 1906 p. 89). Tractavit Cichorius Herm. 39, 1904 p. 461 seq.; cf. etiam Cantarelli bull. comunale 1904 p. 147, prefetti di Egitto I (Accad. Lincei 1906) p. 23. — 1) *Periisse nomen L. Seii Strabonis, origine Volsiniensis (Tac. a. 4, 1. 6, 8), cui Volsiniis positus est etiam titulus fractus XI 2707, viderunt Cichorius et Cantarelli.* — 2) *Fortasse soror A. Terentii Varronis Murenae, consulis a. u. c. 731.* — 3) *Lentulus Maluginensis consul fuit anno p. Chr. 10; eius patrem hic significari putat Cichorius.*

8997 Q. Rammio | Martiali | praef. Aeg.[1], | A. Rutilius Cilo | opt. specul.[2] | o. m.[3]

Prope Alexandriam rep. (III 14137, 1 descr. Botti). — 1) *Praefectus Aegypti fuit a. 117. 118. 119, cf. C. I. Gr. 4713. 4713 f., Wilcken Herm. 37, 1902 p. 86, Oxyrhynch. pap. n. 1023* (*vol. VII p. 152*). *Idem antea praefectus vigilum, cf. supra N. 2161.* — 2) *Optio speculatorum.* — 3) *Optime merito* (*vel* : *ob merita*).

8998 T. Longa[*e*]o[1] Rufo | praef. Aeg.[2], praef. praet. | eminentissimo viro, | T. Voconius A. f. praef. | leg. II Tr. Fort. G.[3]

Alexandriae rep. (III S. 14137 descr. Botti). — 1) Longato *traditur.* — 2) *Praefectus Aegypti fuit a. 184. 185, testibus papyris Urk. Berl. Mus. 807, Oxyrh. pap. II p. 141 seq., Amherst papyri n. LXXIX. CVII. CVIII.* — 3) *Praefectus legionis secundae Traianae fortis Germanicae* (*cf. N. 2345*).

8999 P. Acilius | Attianus | praef. pr.[1] | Herculi san|cto | d. d.

In insula Ilva rep. (Huelsen Roem. Mitth. 1903 p. 63. 64). — 1) *Praefectus praetorio Hadriani, plerumque Attianus dictus, Caelius Tatianus vit. Hadr. 1, 4 (cf. Prosopogr. imp. I p. 258 n. 69). Eiusdem ut videtur nomen in fistulis plumbeis rep. prope Praeneste XIV 3039* (P. Acidi Attiani *traditur) et in ipsa insula Ilva XI 2607 (nam haec quoque videtur fuisse in fistula aquaeductus).*

9000 deae | Vagdavercusti[1] | Titus Flavius | Constans[2] praef. | praet. em. v.[3] *(senex velatus, libat ad aram, adstantibus adultis duobus, ministrat puer; retro tibicen).*

Coloniae Agrippinae rep., area calcarea (Poppelreuter Roem.-german. Korrespondenzbl. 1910 p. 1 imaginem). — 1) *Eadem dea supra N. 2536 (= C. XIII 8805). C. XIII 8662. 8702. 8703.* — 2) *Fortasse, ut putat Domaszewski l. c. p. 3, idem Flavius Constans procurator Daciae inferioris a. 138 (supra N. 8909).* — 3) *Dedicavit aram sine dubio absens, puto ad praefecturam praetorii promotus, ex voto suscepto cum esset procurator Germaniae inferioris.*

9001 P. Atilio | Aebutiano[1] | praef. praet., | c. v., patrono | [*op*]timo, ord. | [*Asseriatium* . .

Asseriae in Dalmatia rep. (Liebl et Wilberg oesterr. Jahresh. 11, 1908 p. 69). — 1) *Praefectus praetorio Commodi, vit. Comm. 6, 12.*

9002 [*T.*][1] Furio L. f. Pal. Victori[*no*][2] | praef. praet. imperator[*um M. Antonini* | *et L. Veri Augg., consularibus*] o[*rna*]m[*e*]n[*tis*] | honorato[3] et [*ob victoriam*] Parthicam[4] | [*M. Aureli Antonini*] | et [*L.*] Ver[*i Augg.*] coron. murali vallari [*aurea*] | hast[*is*] pur[*i*]s I[*III*][5] vexillis obsidionali|[*b*]u[*s IIII*] donato, [*praef.*] Aegypti[6], praef. v[*igilum*][7], | proc. a rat., praef. [*cl.*] praet. Mis[*en., praef. cl. pr.*] | Ravennatium[8], proc. ludi magni, proc. provinciae | Hispaniae [*ci*]t., [*proc. XL*] Gall.[9], praef. alae Frontonianae[10], tr. | legionis II Adiutric., [*trib.*][11] coh. Bracarum in Brita[*nnia*] . .

'Ereti' (i. e. Monterotondo) in Sabinis ad Tiberim rep., si fides est testimonio Ligorii in libro Neapolitano, sive potius Romae, ut idem perhibet in voluminibus Taurinensibus (inscriptionem in quinque partes fractam servavit Ligorius, sed ita falsis supplementis auctam, ut diu et a doctissimis pro falsa habita sit, cf. C. I. L. V 648. VI 1937*. XIV 440*; restituit Huelsen Ausonia, Rivista della società ital. di archeol. e storia dell' arte II 1907 p. 71 usus potissimum inscriptione simili supra N. 1326).* — 1) L., 2) Victori *traditur; nomen restitutum ex titulo nuper reperto eiusdem viri supra N. 8846.* — 3) praef. praet. imperatoribus omnium honorato *traditur. De praefectura praetoriana Victorini cf. supra N. 8846; vit. Marc. 14. Consularibus ornamentis honoratus etiam successor eius Bassaeus Rufus supra N. 1326.* — 4) et donato in provinciam Parthicam, 5) hasta pur. sine *traditur. Cf. supra N. 1326.* — 6) *Praefectus Aegypti fuit Victorinus a. 159 vel 160, teste papyro quadam Oxyrhynchitana in Galliam translata, cf. S. de Ricci apud Huelsenum l. c.* — 7) praef. urb., 8) praefec. praetorium missu . . . Ravennatium, 9) Hispaniae et Gall. *traditur.* — 10) *Cf. supra N. 2494 not. 1.* — 11) *7 traditur (correxit Domaszewskius apud Huelsenum).*

9003 C. Fulvio C. f. Quir. Plautiano | pr. pr.[1], c. v., cos. II, ad|sumpto inter patr. | famil.[2], necessario | dd. nn. Augg. Seve|ri et Antonini di|cato numini aeor., | patri Plautillae | Aug., omnium prae|-cedentium praef. | excellentissimo, | d. d. p.

Tufici in Umbria (Notizie degli scavi 1893 p. 135). — 1) *Cf. supra N. 1328. 1328ᵃ. 8662.* — 2) *Patricias familias (cf. supra N. 1186; de Plautiano hoc novum). Ad titulos Plautiano positos accedit etiam Bullensis Regius Africae (VIII S. 25526 = Merlin C. r. de l'Acad. des inscr. et b.-l. 1905 p. 474). Memoratur etiam in t. Viminaciensi quem edid. Premerstein et Vulić oesterr. Jahreshefte 6, 1903 p. 15 et in titulo filii qui sequitur.*

9004 C. Fulvio C. f. | Plauto[1] Hor|tensiano | c. p., filio C. | Fulvi C. fil. | Q.[2] Plautiani | c. v., praefec. | praet. et ne|cessa. domi|-norum nn [*n.*] . . .

Thamugade (Merlin c. r. de l'Acad. des inscr. 1905 p. 474; Ballu bull. du Comité 1906 p. 214). Titulus totus erasus. — 1) *Πλαῦτος nomen filii Plautiani scribitur in codicibus Xiphilini 76, 6 [III p. 361, 11 = 703 ed. Boissevain] (Πλαύτιος traditur ib. 77, 1 [III p. 372, 7 = 709 Boiss.]).* — 2) *Quirina.*

9005 C. | Iul. Pri[*s*]co[1] | v. [*e*]m., fratr[*i*] | et patru[*o*] dd. | nn. Philipporum | Augg. et praef. | praet. rect[*o*]riq. | Orientis, Trebo|-nius Sossianus[2] | p. p.[3] domo col. Hel., | devotus numi|ni maiestati[*q.*] | eorum.[4]

Schuhba, ubi fuit Philippopolis Arabiae (III p. 2303 n. 14149⁵ descr. Brünnow). — 1) *Frater Philippi imperatoris, memoratur a Zosimo 1, 19. 20. Ad eundem pertinent duo tituli Graeci eodem loco reperti supra N. 8847. Waddington 2077. Item ad eundem videtur pertinere titulus mutilus supra N. 1331.* — 2) *Idem supra N. 4287.* — 3) *Primipilaris.* — 4) *Videntur statuae Philipporum et Otaciliae iuxta positae fuisse.*

9006 . . . . se si . . . . | . . . . Bavaribus[1] | . . rebellibus et in | [*p*]riori praesidatu | [*e*]t post in ducatu | [*M.*] Cornel. Octavianus[2] | [*pr*]aef. class. prae[*t.* | *Misen. fe*]cit agens | [*gratias*[3] . . . . .

Loco Mauretaniae Sitifensis, dicto El-Mellah, circ. 17 chil. a Sitifi; iam Sitifi (Gsell Recueil de Constantine 40, 1907 p. 112). — 1) *Cf. supra N. 8959.* — 2) *Idem supra N. 2774. 4498.* — 3) *Cf. N. 628. 8959.*

9007 Q. Octavius L. f. C. n. L. pron. Ser. | Sagitta[1] | IIvir quinq. III, praef. fab., prae. equi., | trib. mil. a populo, procurator Caesaris | Augusti in Vindalicis et Raetis et in valle Poe|nina per annos IIII, et in Hispania provincia | per annos X, et in Suria biennium.

Castelvecchio Subequo, ubi fuit Superaequum Paelignorum (Notizie degli scavi 1902 p. 124). — 1) *Idem ut videtur supra N. 6532, ubi vide.*

9008 T. Caesernio | T. f. Statio Quinct. | Pal. Macedoni | pro[*c.*] Aug.[1], | gens Mauror. | Maccuum[2] | innocentissimo praesidi, | patrono suo.

Caesareae Mauretaniae (descr. Cagnat et Gsell). — 1) *Idem homo supra N. 2003 (not. 4), infra N. 9193.* — 2) *Cf. Polyb. 3, 33, 15.*

9009 B. [*F.*][1] | M. Aurel. Cassi|anum v. e., pra[*e*]|sidem prov. Daciae | Maluensis, patre[*m*] | karissimum, | M. M. Aureli Phi|lippus et Cassi|an[*u*]s trib. coh. I | F. m. Bryttonum | Maluensis.

Thessalonicae (III S. 13704 descr. I. N. Mordtmann). — 1) *Bona Fortuna.*

9010 P. Fulcinius | Vergilius Marcellus | praéf. fabrum, trib. | mil. leg. VII Gem. Félicis, | praéf. equitum alaé | Parthór., subcurátor | aédium sacrarum et | operum locórumque | publicor., | sub. praef. cláss. praét. Misenénsis, cúrio | p. R. sacrís faciundis, | Hérculi Victóri.

Tibure sine dubio reperta, nunc Romae (Eph. ep. 9, 897 Huelsen vidit ectypum, cf. Vaglieri Notizie degli scavi 1894 p. 283).

9011 T. Statilio . . [*f.*] | Optato p[*raef. et*][1] | proc. Aug. A[*lpium*][1], | flamini C[*eriali*][2], | proc. Aug. hered[*itatum*], | proc. Aug. ad patrim[*onium*], | proc. Aug. ferrariar[*um*], | proc. Aug. ad cens[*us*] | Gallorum, | proc. Aug. ad census Brit., | praef. alae Afrorum, | trib. leg. VI Victricis, | trib. leg. VI Ferratae, | praef. coh. I Lucensium, | Statilii Homullus | et Optatus | patri optumo.

Prope Romam rep. loco dicto Roma vecchia (VI 31863 = Notizie degli scavi 1893 p. 197 descr. Tomassetti). — 1) *Supplevi (cf. supra N. 530. 1358 cet.)* — 2) *Sic, vel* C[*armentali*] *supplendum.*

9012 . . . . | Rom . . . . | trib. coh. XX[*IV?*[1] *volunta*]|rior., trib. leg. XIII G[*em.*], | praef. eq. alae Vetton., [*praef.*] | eq. alae II Flaviae miliar[*iae*], | cur. viae Pedanae[2], proc. Aug[*us*]|tor. provinc. Pannoniae sup., | proc. Augustor. reg. Hadrimetin.[3], | d. d. p. p.

Segermes (Henschir Harat, cf. supra N. 595) provinciae Africae (VIII 23068 vidi ectypum). — 1) *Cf. supra N. 1415. 2604. 2718. 2760; Cichorius P.-Wissowa IV 354 seq.* — 2) *Pedum oppidum veteris Latii, cuius post bellum Latinum a. u. c. 337 (Liv. 8, 14) nulla iam mentio (cf. Mommsen Ges. Schr. V 73), regio Pedana memoratur ab Horatio ep. 1, 4, 2; via Pedana fortasse non diversa a Gabina vel Praenestina.* — 3) *Cf. supra N. 1440 cet.*

9013 M. Arruntio M. | fil. Serg. Frugi praef. | coh. III Ulp. Petraeor., | trib. mil. leg. XIII Gem., | praef. alae Parthor. | sagit., proc. Aug. provin. | Britan., ad census provin. | Cilic., prov. Cappad. et | Armeniae minoris | et Ponti mediterrani *(sic)*, | M. Claudius Longus | cognato suo ob me|rita.

Iconii rep. (Wiegand ed. ath. Mitth. 1908 p. 150).

9014 T. Caesio T. fil. T. n. L. abn.[1] Pal. | Anthiano v. e., | proc. XX hered. tract. Etrur. Umbr. Picen. part. Camp.[2], | proc. famil. glad.[3] per Aem. Transp.[4] d[*uas Pannon*]ias[5] | Delmatiam, proc. alim. pe[*r*] . . ., | trib. leg. II Parth. p. f. f. a.[6], trib. leg. . . . ., | praef. coh. II Aug. Thrac. equi[*tatae*] . . ., | patrono et cur. Abellinati[*um*], | Puteolani pub[*lice*] | civi i[*n*]digenae.

Puteolis rep., tabula in multa frustula fracta (Huelsen Mitth. arch. Inst. Rom 1908 p. 73 vidit imaginem photographicam, cf. Notizie degli scavi 1909 p. 214). — 1) *Aut proavi mentio omissa, aut abnepotis vocabulum more insolito adhibitum.* — 2) *Partis Campaniae (etiam supra N. 1420 not. 6 videtur supplendum esse:* [*part*]is Campaniae*).* — 3) *Cf. N. 1396 cet.* — 4) *Transpadum (cf. N. 1412).* — 5) *Supplevit Huelsen.* — 6) *Tribuno legionis secundae Parthicae piae fidelis felicis aeternae (cf. supra N. 505. 2420; Huelsen l. c. p. 74 not. 2).*

9015 . . . . . . | [*pr*]oc. Auggg.[1] tract. Kart.[2], proc. XX her. ad centena | [*mil. region.*] Li[*burni*]ae[3] et Venetiae[3], proc. arc. exp.[4], praef. coh. II Hisp., trib. . . . | . . ob expeditionem felicissimam Quador. et Marcomann.[5] . . . | . . . elae et Rossiis Iusto Procliano et Vitulo Iuliano filis . . . | . . [*ob beneficia in*] universos municipes suos adsidue con-[*lata*][6] de suo posuerunt.

Bullae Regiae rep. a. 1909 (Carton comptes rendus de l'Acad. des inscr. 1909 p. 586). — 1) *Apparet titulum positum esse sub finem imperii Septimii Severi.* — 2) *Cf. supra N. 1436. 6870.* — 3) LIHAE *traditur; supplementum, ab Hirschfeldio propositum, non certum. Venetia et Histria provincia non memoratur ante Diocletianum.* — 4) *Procuratori arcae expeditionis?* — 5) *Significatur bellum Germanicum M. Aurelii. Sane titulus positus est non paucis annis postea.* — 6) CONFERP *traditur; restitutio incerta.*

9016 . . [*P*]omponio Gai filio Papir[*ia*] | . . muriano[1] e. v., functo adv[*oca*]|tione fisci Hispaniarum [*A*]|lpium et patrimoni tract[*us*] . . .[2] | Karthaginis et a com[*men*|*tar*]iis praeffector. *(sic)* praetor[*io*, | *pr*]ocuratori ducenario | Au[*g.*] n[*o*]stri dioceseos Had[*ru*]|metinae, | L. Va[*l*]gius Mauricus v. e., f . . . | ob eximiam condisc[*i*|*pu*]latus adfectionem.

Sufetulae (VIII 11341. 23219 vidit Merlin praeter paucas particulas). — 1) *Sic Merlin,* LHMVRIANO *qui primus descripsit Boyé.* — 2) *Incertum num hoc loco aliquid perierit.*

9017 M. Herennio M. fil. Qu[*ir.*] . . .|ri v. e., proc. Augg. nn. ad fu[*nct. fru*]|menti et res populi per tr[*actum*] utriusque Numidiae, pro[*c. regio*]|num sacrae urbis, proc. [*XX heredi*]|tatium per Umbriam Tu[*sciam Pice*]|num et tractum Cam[*paniae, proc.*] | ad studia, advocato [*fisci*] . . ., dec. et IIIviro IIII c[*oloniar.*[1], *praef.* | *i*]uri d. col. Rusica[*densis*] . . . ., [*sace*]rdoti . . . .

Thibili (Annûna) (VIII S. 18909 Schmidt vidit ectypum). — 1) *Coloniarum Cirtensium, cf. supra N. 6854 seq.*

9018 Honor[*ati*].[1] | A. Vitellio Pap. Felici Honorato | eq. R., | f. a.[2] at vehicula per Flaminiam | [*f.*] a.[3] trans Padum et partem No|rici, f. a.[2] at fusa[4] per Numidiam, | f. a. at patrimonium Karthag., | p. p.[5] agenti per Campaniam Cala|briam Lucaniam Picenum, anno|nam curanti[6] militibus Aug. n., sa|cerdoti Lanuvino[7], pro liberta|te publica[8] volumtaria *(sic)* et gratu|ita legatione functo, ob merita | et obsequia eius in patriam et | in cives amorem, resp. col. Lic.[9] | Thugg. d. d. p. p.

Thuggae rep. (VIII S. 26582 vidi ectypum et lapidem; L. Poinssot nouv. archiv. des miss. scientif. 18, 1909 p. 146, 75). — 1) *Scriptum in plintho basis.* — 2) *Fisci advocato.* — 3) et, *quod expectaveris, lapis vix admittit. Nihilominus etiam in Transpadana et Norico Honoratus rem vehicularium tuitus esse putandus est. (In re vehicularia regionem Transpadanam et partem Norici cum Flaminia coniunctam esse non est mirum.)* — 4) *Munus ignotum. Fusa fortasse praedia Caesaris sparsa per Numidiam.* — 5) *Praeposito. Cf. supra N. 2768. 2769.* — 6) *Cf. supra N. 2765. 8879.* — 7) *Cf. supra N. 5014. 5015.* — 8) *Cf. supra N. 6796.* — 9) Lic. *litterae erasae, sed tamen leguntur. Thugga Licinia dicta etiam supra N. 541. Apparet titulum positum esse imperante Gallieno.*

9019 M. Antoni. | M. f. Fabia | Fabiano proc. | XL Galliarum | et portus, item | argentariar. | Pannonicar., | c.[1] portori Illyrici, | patrono bono, | Mercator lib.

Prope Viminacium (Kostolać) rep. (Vulić oesterr. Jahreshefte 8, 1905 Beibl. p. 3). — 1) *Conductori (sic, recte ut videtur, Vulić, qui lectionem certam esse, lapide denuo inspecto, adfirmat).*

9020 Nepotiano[1] e. v. | proc. sexagenario | ab actis[2], | proc. centenario | primae cathedrae[3], | ordo Siccensium | civi et condecurioni | d. d. p. p.

Siccae Veneriae (Hirschfeld act. acad. Berol. 1905 p. 945 acceptam a Villefossio). Gemellus videtur, certe una cum hoc positus, titulus Victoris centurionis infra N. 9192. — 1) *De Ianuario Nepotiano breviatore Valerii Maximi cogitavit Hirschfeld.* — 2) *Cf. supra N. 1410. 1687. 1688; Hirschfeld l. c.* — 3) *Significari cathedram rhetorices in urbe Roma putat Hirschfeld.*

9021 d. m. | M. Aurel. Th|allus proc. | sacrar. cogni|t.[1] sibi et filiis libb. q. fecit. | Brecetior|um[2].

Romae (Notizie degli scavi 1898 p. 164). — 1) *Cf. Hirschfeld Verw.-Beamte (ed. 2) p. 330.* — 2) *Signum ut videtur Thalli et filiorum.*

9022 M oribus hic simplex situs | est Titus Aelius Faustus, |
a nnis in lucem duode|triginta moratus, |
c ui dederant pinguem | populis praebere liquorem[1] |
A ntoninus, item Commodus | simul induperantes[2]. |
R ara viro vita et species, | rarissima fama. |
[*I*] nvida sed rapuit semper | Fortuna probatos. |

U t signum imvenias *(sic)* quod | erat dum vita maneret, |
s elige litterulas primas | e versibus octo. |

Prope Romam ad viam Latinam rep. (VI 34001 = Gatti Notizie degli scavi 1896 p. 165). Buecheler carm. epigr. n. 1814. — 1) *Apparet iam ante Septimium Severum (vit. Sev. 18, 3; cf. Marquardt Staatsverw. II ed. 2 p. 136 not. 6) interdum oleum populo gratuitum datum esse. Cf. Hirschfeld Verw.-Beamte (ed. 2) p. 245 not. 2. Fortasse aliquo modo huc pertinet etiam procurator ad oleum memoratus anno 175, supra N. 372.* — 2) *A. 177—180.*

9023 Genio Illyrici | pro salute imp. | Caes. M. Aur. Seve|ri, Alexandri Aug. | et Mameae Aug.[1], | sub cura Ant. | [*Si*]lvani v. e. proc., | Iulianus vilic. | stat. Ulp.[2], tabul.[3] | sumpt. suo [*f*]ec., | Albino et Maximo | consul.[4]

Lapje selo, prope Ulpianum (Lipjlan) Moesiae superioris (Premerstein et Vulić oesterr. Jahresh. VI 1903 Beibl. p. 29). — 1) *Alexandri et Mamaeae nomina erasa, sed leguntur.* — 2) *Vilicus stationis Ulpianensis (portorii Illyrici, cf. supra N. 1860, cet.; de Ulpiano oppido Premerstein et Vulić l. c. p. 25).* — 3) *Tabularium (potius quam: tabularius).* — 4) *A. 227.*

CAPVT VI.

TITVLI PROCVRATORVM ET MINISTRORVM DOMVS AVGVSTAE CONDICIONIS LIBERTINAE ET SERVILIS.

(Addenda ad vol. I p. 325—371 N. 1473—1876).

9024 M. Ulpi Aug. [*li*]b. Diadume|ni proc.[1] praetori[2] Fide|natium et Rubrensium[3] | et Gallinar. Albarum[4] sa|crum, quae praestu est usi|bus Caesaris n. — **9025** *(In parte aversa)* Glypti Aug. lib. proc. | praetori Fidenatium et | Rubrensium et Gallinaru|[*m Alba*]rum sacrum, quae prae|stu est usibus Caesaris n.

Romae in alveo Tiberis rep., tabella aenea (Notizie degli scavi 1909 p. 434 imaginem; Vaglieri bull. comunale 1910 p. 141). — 1) *Similes procuratores habes supra N. 1578 seq.* — 2) *Cf. N. 1581 seq.* — 3) *Ad Rubras locus dicebatur ad VIII vel IX miliarium viae Flaminiae (cf. C. XI p. 567); iuxta fuit villa Caesarum dicta ad Gallinas (Plin. h. n. 15, 136. 137. Suet. Galb. 1; cf. C. XI l. c.).* — 4) *Cf. not. 3.* — 5) *Glyptus Diadumeni successor (vel decessor) fuisse putandus est.*

9026 d. m. s. | M. Aurel|lius Aug. | lib. Inven|tus proc. | di[*oe*]coesis *(sic editur)* | Leptitanae[1] | h. s. e.

Sufetulae in Africa rep. (Merlin bull. du Comité 1908 Mai. p. XIII). — 1) *cf. supra N. 1437 seq.*

9027 d. m. | Ti. Claudio Aug. l. Scapulae ta|bul. castr.[1], Claudii | Victor Ianuaria | Scorpus[2] Incitat. | lib. patrono b. m. f.

Ex Italia Coloniam translata (VI 33738 bis descripta sacc. XIX). — 1) *Tabulario castrensi. Adiutorem tabulariorum rationis castrensis, Caesaris servum, habes supra N. 1648.* — 2) *Cf. N. 1679.*

9028 dis manibus | Felici Caesaris, ex | familia castrorum | ordinarius.

Romae inter vias Salariam et Pincianam rep. (VI 33469 = Notizie degli scavi 1899 p. 54 n. 11).

9029 dis man. | Callimacho | vilicó | saeptoru[1] | oper. pub.[2] | agr.[3]

Romae rep. (Pasqui Notizie degli scavi 1909 p. 437). — 1) *Fortasse significantur saepta Iulia campi Martii.* — 2) *Operum publicorum?* — 3) *Quid subsit nescio. Vilicum saeptorum operarum publicarum agrariarum fuisse putat editor.*

9030 P. Aelio Aug. lib. | Threpto scrib.[1] | cubicul., | P. Aelius Aug. lib. | Eutyches, adiut.[2] | a comm. B[3], alumnus | fecit.

Romae ad viam Ardeatinam rep. (VI 33770 = Notizie degli scavi 1893 p. 195 descr. Borsari). — 1) *Cf. supra N. 7417. 7469. 7817.* — 2) *Cf. supra N. 1531 cet.* — 3) *Adiutor a commentaris beneficiorum (cf. supra N. 1792; VI 8626. 8627).*

9031 d. m. | M. Aur. Aug. lib. Fortunatianus | scriba[1] cursorum fecit se vivo | sibi et Eutycheti filio suo | et Cyrene et Eutycheti | a lacte, et Augendo | lib. lib. q. p. e. | H. m. d. m. abe[*st*]o.

Romae ad viam Appiam rep. (Notizie degli scavi 1902 p. 555). — 1) *Cf. ad eam quae pruecedit.*

9032 T. Fl. Thesmo et | Fl. Eudosiae, | Hedius Caes. n. | ser. a veste mund.[1] | fecit parentibus, | sibi et suis.

Prope Romam ad viam Tiburtinam rep. (P. H. Visconti diss. accad. pontif. archeol. 8, 1838 p. XXII; Notizie degli scavi 1903 p. 3). — 1) *Cf. supra N. 1761.*

9033 diis manibus | Epaphrodito | structori a cybo *(sic)* | imp. Caesaris | Domitiani Aug. | Germanici, | Syntrophus | conlega bene | merenti fecit.

Romae rep. inter vias Salariam et Pincianam (VI 33470 = Bull. comunale 1899 p. 76).

9034 d. m. | Secundae, Rufinae | n. et T. Aug.[1] ornatrici[2], | vix. ann. XIX m. VIII, | cons.[3] bene merenti | duo Zosimi fecer.

Romae prope basilicam Lateranensem rep. (VI 33784 vidit Huelsen). — 1) *Rufinae nostrae et Titi Augusti. Mirum feminam privatam praecedere imperatorem.* — 2) *Aliae ornatrices ex domo Augusta supra N. 1784 seq.* — 3) *Conservae. — Altare sanctarum virginum Rufinae et Secundae retro basilicam Lateranensem (act. Sanct. Iul. III p. 23) fortasse huic titulo originem debet.*

9035 Acaunensiae[1] fil., | Amaranthus | Aug. n. ver. vil. | XL Galliarum[2] et | Chelidon | parentes posue|runt.

St. Maurice in valle Poenina, ubi fuit Acaunum, cf. not. 1 (Michel Anz. f. Schweizer Alterth. 19, 1896 tab. IX p. 109). — 1) *Apparet, Amaranthum filiae nomen imposuisse a loco ubi ipse officii sui causa morabatur. Acaunum, inde ab initiis medii aevi saepe memoratum, ibi fuisse ubi hodie est St. Maurice, extra dubium est (cf. Momms. C. I. L. XII p. 24). Celebres fuerunt potissimum martyres Acaunenses, quorum 'passionem' saec. V conscripsit Eucherius episcopus Lugdunensis (Mon. German., Scr. rer. Meroving. III p. 20 seq.).* Acaun-, *non* Agaun- *scribendum esse iam dudum constabat (cf. Krusch l. c. p. 20 not. 1; vide etiam infra N. 9268 not. 2).* — 2) *Alius vilicus quadragesimae Galliarum supra N. 1565. Fortasse titulus St. Maurice repertus XII 144 ad stationem vectigalis, non ad stationem militarem pertinet.*

CAPVT VII.

TITVLI APPARITORVM ET SERVORVM PVBLICORVM

(Addenda ad vol. I p. 372—386 N. 1877—1975).

9036 C. Allius C. l. Niger scrib. libr. ex | III decur. quaestor.[1], decur. II[2], honore usus[3], sibi | et Helviae Ɔ. l. Asterioni uxori, quae secum vixit | annos XXXXII, suisque omnibus posterisque eorum; | Avidiae Sex. l. Primae uxori *(sequuntur alia nomina propinquorum et libertorum).*

Romae rep., iam Baltimore (Harry Langford Wilson Amer. Journal of phil. 1909 p. 62). — 1) *Cf. supra N. 1894 seq. 1926. 2748; adde XIII 1815:* scriba lib. trium decuriarum quaestori(*us*). — 2) *Decuria secunda.* — 3) *Cf. N. 331.*

9037 dis manibus | C. Attio C. lib. Blasto | lict. III decur., | qui imp. et cos. et pr. | apparuit[1], et | Attiae Faustillae | parentibus piissimis, | C. Attius | Plocamianus.

Prope Gallicano vicum Latii, loco dicto Passerano (Eph. ep. 9, 735 = Notizie degli scavi 1907 p. 131 Vaglieri vidit ectypum). — 1) *Cf. N. 1904.*

9038 Q. Valerio | Acrato | decur. curiat.[1] et | Valeriae Cosmopoli | lib. eius.

Romae ad viam Appiam (VI 32301 = Lugari monumenti al IV migho della via Appia 1882 p. 60). — 1) *Lictor fuit ex decuria curiatia, cf. supra N. 1916.*

9039 *1.*

T. Licinio T. f. Post. IIII vir. aed.
apparitores.

2.

C. Iulio Caesaris l. Salvio
accenso[1], mag. luperc.[2], viat. trib.[3],
Postumus IIII vir aed.

Ocriculis rep. una cum N. 7365 (Notizie degli scavi 1898 p. 406). Apparet iuxta collocatas fuisse statuas duas, quarum alteram Licinio Postumo quattuorviro aedili posuerunt apparitores, Ocriculani sine dubio, alteram hic ipse Postumus posuit Iulio Salvio. Aliarum statuarum subscriptiones videntur interiisse, lapide fracto a sinistra. — 1) *Sc. Caesaris. Cf. supra N. 1942 seq.* — 2) *Cf. supra N. 4948 not.* — 3) *Cf. supra N. 1924. 1925. 1950. 7489.*

9040 T. Perperna T. f. | Quadra[1] | mag. scr.[2]; | C. Hostius L. f. Col. | redemp[*t*].

Romae ad viam Flaminiam rep. (Vaglieri Notizie degli scavi 1907 p. 462). — 1) *Quadratus? (sed Hostius aliquis Quadra reperitur apud Senecam nat. q. 1, 16, ut monuit Bücheler Berl. Philol. Wochenschr. 1908 p. 510).* — 2) *Magister scribarum.*

9041 d. m. | Aemilio Eucarpo eq. R., | scribae senatus[1], | qui vixit annis LVI or. VIIII | filia et heres huius | patri suo benemerenti | *(a sin.)* Eusebi *(a dextra)* Eusebi.

Romae, trans Tiberim, sarcophagus (Notizie degli scavi 1906 p. 302; Bull. comunale 1906 p. 322 tab. XI). — 1) *Alius scriba senatus supra N. 1958.*

9042 L. Calpurnio Pisone P. Salvio Iuliano cos.[1], | L. Aufius Amandus tabul. praef.[2] | Dianae sanctae basem marmor. | voto suscepto libens posui; | cura agente Lucretio Donato | librario quadratario[3] praef.

Romae in campo Esquilino (ubi iam dicitur Piazza Vittorio Emanuele) rep. (VI 30865 vidit Huelsen). — 1) *A. 175.* — 2) *Tabularius praefecti (urbis).* — 3) *Cf. Mommsen chron. min. I p. 15. Simili munere hic Donatus videtur functus esse quo saec. p. Chr. IV Furius Dionysius Philocalus.*

9043 Fl. Arpagii v. c. | Fl. Arpagio, fl. pp. huiusce | civitatis, ex agente in | rebus[1], v. c. ex adiut. inl. | viri mag. officior., v. | spectab. trib. et not.[2], | ob insignia eius erga | remp. merita et praecipue | ob pat. benef.[3] statuam ad | aeternitatem meri|torum eius Miss.[4] cives | conlocaverunt.

Sidi Dâûd provinciae Africae, ubi Missuam fuisse ex hoc titulo apparet (VIII 989 cf. p. 979. 1283 Huebner vidit ectypum cf. ex. script. epigr. n. 792). — 1) *Cf. Hirschfeld Sitzungsber. Akad. Berl. 1893 p. 436 not. 3: Mommsen Ges. Schr. VI p. 414 not. 1.* — 2) *Cf. supra N. 809. 1285. 2949. Spectabiles fuerunt tribuni et notarii.* — 3) *Paterna beneficia (?).* — 4) *Missuae (it. Ant. mar. p. 493, cet.; cf. C. VIII p. 129).*

9044 hic requiesci[*t i*]n pace [*Sev*]erus | v. c., prim. scrin.[1] tabulari [*Me*]diol., | vixi[*t pl*]us m. [*a.*] XLV, depos. [*su*]b d. VII | .... [*p. c. B*]assi et An[*t*]iochi[2].

Prope Salonas rep. (III S. 9517 cf. 12858 viderunt Bulić et Jelić). — 1) *Primiscrinius, vel primiscriniarius.* — 2) *A. 432.*

9045 [*h*]ic requiescit[1] in pace P .... [*sub*]|adiuva[2] officii inl. p.[3], q. vixit [*annos ... deces*]|sit Ravenne die XIII kal. S[*ept., deposi*]|tus die id. Octob. Aetio[4] e[*t Sigisvul*]|to vv. cc. cons.[5] ind. [*VI*].

Salonis rep. (III S. 9518 vidit Hirschfeld). — 1) requeicsit *editum est, errore typ.* — 2) *Cf. Notit. dign. Or. c. 2, 66. Occ. c. 2, 250, et alibi.* — 3) *Inlustris praefecturae (sic de Rossi bull. dalm. 8, 186).* — 4) *Debuit esse* Aetio II. — 5) *A. 437.*

9046 [*depo*]sitio Be... v. d.[1], com[*i*]tiaci[2], di..

Salonis rep. (III S. 9556 p. 2328, 126 descr. Kubitschek). — 1) *Viri devoti.* — 2) *Cf. Mommsen Ges. Schr. VI 407.*

9047/8 hic requiescit in | pace Iovinus de | scola carruca|rum[1], qui vixsit | annus plus minu|s XXXV et mensis VI | et dies VIIII.

Romae, deinde Velitris (Cardinali iscr. velit. p. 198 n. 132, inde Orell. 4131. 4924; G. Schneider nuovo bull. crist. 1901 p. 270). — 1) *Officialis sine dubio aliquis, ut iudicat scholae vocabulum (non carrucarum opifex). Fortasse cogitandum de carrucis quibus magistratus vehebantur sequiore aetate (sic Thes. L. L. s. v.).*

9049 dis manibus | Narcisso publ.[1] | Cilniano | a reliquis p. R.[2], | Salvia Appie | coniugi suo | benemerenti, | cum quo vixit | annis XXXII, fec. | et sibi et suis posterisq. | eorum.

Romae (Mélanges de l'école franç. de Rome 23, 1903 p. 381 solus descr. saec. XVIII Labruzzo). — 1) *(Servo) publico.* — 2) *Exactori reliquorum quae populo Romano (aerario) debebantur? cf. Hirschfeld Verw. ed. 2 p. 75 not. 3.*

9050 d. *(ascia)* m. | Attiae Epagatho[1] filiae | dulcissimae, quae vixit | ann. III m. VIII d. IIII, fec. | Epagathus servus public. | ad Iuturna[2], et Attiae Feli|citati coniugi benemerent. | et sibi et suis posterisq. | eorum.

Romae extra portam Salariam rep., iam Baltimore (Harry Langford Wilson American Journal of philology 1910 p. 27). — 1) *Gentilicium ei inditum a matre libera, cognomen (Ἐπαγαθῷ) desumptum a patris nomine.* — 2) *Videtur significari statio aquarum, cf. infra N. 9261.*

9051 Epigono Volusiano | operi[1] exactori | ab luco Feroniae[2], | P. Numitorius | Hilarus | clienti locum | ollae donavit.

Romae ad viam Salariam loco antiquo in columbario, quod videtur esse primae aetatis imperatoriae, rep. (Gatti Notizie degli scavi 1905 p. 15; Rizzo oesterr. Jahresh. 8, 1905 p. 205). De sepulcro Rizzo l. c. p. 203 seq. — 1) *Scr.* operis. — 2) *Lucus Feroniae urbis Romae praeterea ignotus, Feronia colebatur in campo Martio (fast. fratr. Arv. 13. Nov., cf. Momms. C. I. L. I ed. 2 p. 335). De oppido Luco Feroniae cf. supra N. 6589.*

CAPVT IX.

TITVLI MILITARES

(Addenda ad vol. I p. 389—567 N. 1986—3914).

Constitutiones imperatorum de civitate et conubio veteranorum.

(Diplomata militaria.)

9052 imp. Caesar Vespasianus Augustus pontifex maximus tribunic. potestat. VIIII[1], imp. XVIIII[2], p. p., censor, cos. VIII design. VIIII, equitibus et peditibus, qui militant in alis sex[3] Noricorum[4] et singularium[5] et Moesica[6] et Afrorum veterana[7] et Siliana[8] et Sulpicia[9] et cohorte I Flavia Hispanorum[10], quae sunt in Germania[11] sub Q. Iulio Cordino Rutilio Gallico[12], qui quina et vicena stipendia aut plura meruerant, quorum nomina subscripta sunt: ipsis liberis posterisque eorum civitatem dedit et conubium cum uxoribus, quas tunc habuissent cum est civitas iis data, aut si qui caelibes essent, cum iis quas postea duxissent dumtaxat singuli singulas. A. d. XVII k. Maias D. Novio Prisco L. Ceionio Commodo cos.[13]

alae Moesicae, cui praest T. Staberius T. f. Qui. Secundus[14], gregali: Tertio Marci f. Trevir.

Descriptum et recognitum ex tabula aenea quae fixa est Romae in Capitolio post casam Romuli[15]. A. Titini Iusti — C. Alfi Prisci — Q. Lolli Pietatis — M'.[16] Egnati Celeris — L. Aureli Potiti — L. Turrani Maximi — P. Atini Rufi[17].

Tabellae duae aeneae, quae diptychon effecerant, rep. ut dicitur prope Mogontiacum, ubi servantur in museo (v. Domaszewski 'Alterthümer unsrer heidn. Vorzeit' vol. V tab. 33 cum commentario p. 181; cf. etiam Ritterling Westd. Korr.-Bl. 1906 p. 20). Est diploma civitatis Romanae equitis alicuius Treverensis, missi honesta missione a. 78 p. Chr. Ut in reliquis plerisque diptychis huius generis, constitutio imperatoris perscripta erat in paginis duabus interioribus, repetita in paginarum exteriorum altera; altera reservata nominibus testium (vide vol. I p. 391. 392). — 1) *A. 77/78 (d. 15. Apr. 78, cf. infra not. 13).* — 2) *Undevicesimum imperator appellatus Vespasianus hoc ipso nono tribuniciae potestatis anno, cf. supra N. 253.* — 3) *Alae hae notae omnes; atque de plerisque earum (scilicet de omnibus excepta Siliana, cf. not. 8) constabat, eas aliquando tetendisse in Germania inferiore.* — 4) *Cf. supra N. 2512. 2523, infra N. 9270.* — 5) *Cf. Tac. hist. 4, 70; Cichorius ap. Pauly-Wissowa I 1261.* — 6) *Cf. supra N. 1394. 2729 (cum not. 3).* — 7) *Cf. supra N. 2508.* — 8) *De ala Siliana cf. infra N. 9139. Eam ali-*

quando partem exercitus Germanici effecisse non noveramus. — 9) *Cf. supra N. 2502. 4743.* — 10) *Cohors haec anno 158 tetendit Rigomagi (XIII 7796, cf. infra ad XIII 7800).* — 11) *Intellege Germaniam inferiorem (similiter superioris vocabulum omissum in diplomate anni 82, supra N. 1995 cum not. 4).* — 12) *Est C. Rutilius Gallicus supra N. 1007. 1008. 5025. 5955. Eum extremis temporibus Vespasiani Germaniae inferiori praefuisse constabat ex Stat. silv. 1, 4, 89. 90. Praenomen Gai, quod legitur supra N. 1007 et V 6989, omitti non debuit, sed omittitur ut supra N. 8973 praenomen alterum P. Salvii Iuliani.* — 13) *15. Apr. 78 (nomina plena horum consulum ordinariorum nota etiam ex actis Arvalium).* — 14) *Idem praefectus supra N. 2729.* — 15) *Verba* post casam Romuli *desunt in exemplo interiore. De casa Romuli Capitolina cf. Jordan Topogr. I 2 p. 51 not. 53.* — 16) *Sic Ritterling ex imagine heliotypica (M. Domaszewski).* — 17) *Cf. supra N. 1992 not. 7. Reliqui signatores ignoti.*

9053 imp. Caesar divi Vespasiani f. Domitianus Augustus Germanicus pontifex maximus, tribunic. potestat. XIII[1], imp. XXII, cos. XVI, censor perpetuus, p. p., equitibus et peditibus qui militant in alis tribus et cohortibus novem quae appellantur (1) II Pannoniorum et (2) Claudia nova[2] et (3) praetoria[3]; et (1) I Cilicum et (2) I Cisipadensium[4] et (3) I Cretum[5] et (4) I Flavia Hispanorum milliaria[6] et (5) I Antiochensium et (6) II Gallorum Macedonica[7] et (7) IIII Raetorum et (8) V Gallorum et (9) V Hispanorum[8], et sunt in Moesia superiore sub Cn. Aemilio Cicatricula Pompeio Longino[9], qui quina et vicena stipendia aut plura meruerunt, item dimissis honesta missione emeritis stipendiis, quorum nomina subscripta sunt: ipsis liberis posterisque eorum civitatem dedit et conubium cum uxoribus, quas tunc habuissent cum est civitas iis data, aut si qui caelibes essent, cum iis quas postea duxissent dumtaxat singuli singulas. A. d. XVI k. Domit.[10] T. Pomponio Basso L. Silio Deciano cos.[11]

cohort. I Cisipadensium, cui praest L. Cilnius L.[12] f. Pom.[13] Secundus, pediti: L. Cassio Cassi f. Larisen.

Descriptum et recognitum ex tabula aenea quae fixa est Romae in muro post templum divi Aug. ad Minervam. Q. Orfi Cupiti — C. Iuli Saturnini — Q. Aemili Soterichi — L. Pulli Sperati — Cn. Egnati Vitalis — L. Pulli Heraclaes — P. Cauli Vitalis[14].

Diptychon aeneum, prope Widdin rep., est Sofiae (III p. 2328, 66 imaginem dedit Bormann oesterr. Jahresh. I 1898 p. 174 seq. contulit Filow). — 1) *A. 93.* — 2) *Alam hanc, de qua cf. N. 9054 not. 3, cum cohortibus tertia Gallorum et quinta Hispanorum anno 82 ex Germania in Moesiam translatam esse ostendit diploma supra N. 1995. Cohors tertia Gallorum adtributa est Moesiae inferiori (supra N. 1999), ala Claudia et cohors quinta Hispanorum, ut iam videmus, Moesiae superiori. Ceterum et tres alae et novem cohortes huius diplomatis redeunt N. 9054.* — 3) *Cf. supra N. 2539. 2724.* — 4) *Cf. III 14429. V 8185 (gens Cisipadum accola Syrtis maioris, Plin. h. n. 5, 27, monuit Cagnat).* — 5) *Huius cohortis sunt, ut vidit Ritterling, tegulae repertae Turn Severin III 1703, 2 et p. 2318 (ad 1703, 2):* coh. I Cre.; *eadem memoratur III 1163.* — 6) *Cohors haec, ut et se-*

cunda Gallorum Macedonica, a. 110 fuit in Dacia (cf. supra N. 2004). — 7) *Cf. not. 6.* — 8) *Cf. not. 2.* — 9) *Consul suffectus a. ut videtur 79 (cf. supra N. 1994), legatus exercitus Africani eo ipso anno 79 (cf. VIII S. 22060). Postea (a. 98) rexit Pannoniam (III p. 862 dipl. mil.).* — 10) *16. Sept. (de Octobri mense Domitiano dicto Suet. Dom. 13. Dio 67, 4; accedunt complures papyri in Aegypto rep., de quibus cf. Mommsen Ges. Schr. VI 119).* — 11) *Par consulum praeterea ignotum (de Basso cf. supra N. 5840; Silius Decianus inter maiores videtur fuisse Pompeii Falconis et Sosii Prisci supra N. 1035. 1104; cf. praeterea XV 7302).* — 12) L. *in scriptura interiore non omnino certa, in exteriore periit.* — 13) *Tribus Pomptina indicat Cilnium fuisse ex Arretio, ubi gentem Cilniam floruisse notum est.* — 14) *Plerique ex his testibus (scilicet omnes praeter C. Iulium Saturninum et L. Pullium Heraclam) noti etiam ex aliis diplomatibus eiusdem aetatis (cf. Bormann l. c. p. 179); ita Q. Aemilius Soterichus signavit etiam supra N. 2003, P. Caulius Vitalis supra N. 2001. 2003. Cf. supra N. 1995 not. 10.*

9054 imp. Caesar divi Nervae f. Nerva Traianus Augustus Germanicus pontifex maximus, tribunic. potestat. IIII[1], p. p., cos. III, equitibus et peditibus, qui militant in alis tribus et cohortibus viginti et una[2], quae appellantur (1) praetoria et (2) I[3] Claudia nova et (3) II Pannoniorum, et (1) I Flavia Bessorum[4] et (2) I Thracum c. R.[5] et (3) I Flavia Hispanorum ∞[6] et (4) I Antiochensium et (5) I Lusitanorum et (6) I Montanorum c. R. et (7) I Cisipadensium et (8) I Cretum et (9) I Vindelicorum ∞ c. R.[7] et (10) I Thracum Syriaca[8] et (11) I Cilicum et (12) II Hispanorum et (13) II Gallorum Macedonica et (14) II Brittonum ∞ c. R. p. f. et (15) II Flaia Commagenorum[9] et (16) III Brittonum et (17) IIII Raetorum et (18) V Gallorum et (19) V Hispanorum et (20) VI Thracum[10] et (21) VII Breucorum c. R.[11], et sunt in Moesia superiore sub C. Cilnio Proculo[12], item dimissis honesta missione, qui quina et vicena plurave stipendia meruerunt, quorum nomina subscripta sunt: ipsis liberis posterisque eorum civitatem dedit et conubium cum uxoribus, quas tunc habuissent cum est civitas iis data, aut si qui caelibes essent, cum iis quas postea duxissent dumtaxat singuli singulas. A. d. VIII idus Mai., T. Pomponio Mamiliano, L. Herennio Saturnino cos.[14]

cohort. I Antiochensium, cui praest M. Calpurnius Sabinus, pediti: Sapiae Sarmosi f., Anazarb.

Descriptum et recognitum ex tabula aenea, quae fixa est Romae[14] in muro post templum divi Aug. ad Minervam. Q. Pompei Homeri[15] — A. Ampi Epaphroditi — Ti. Claudi Vitalis — C. Iuli Aprilis[16] — C. Vettieni Modesti[17] — L. Pulli Verecundi[18] — L. Pulli Sperati[19].

Diptychon aeneum, Sisciae rep. a. 1909, est Agrami in museo (Brunšmid Vjesnik hrvatskoga archeološkoga društva nov. ser. 11, 1911 p. 24 seq. cum imaginibus). — 1) *A. 100.* — 2) *Eaedem alae tres, ex XXI cohortibus non plus novem recensentur in simili constitutione ad eundem exercitum pertinente N. 9053.*

Videtur haec constitutio pertinuisse ad omnes cohortes in Moesia superiore tendentes. Viginti et una cohortes praeterea recensentur in sola tantum constitutione anni 124, ad exercitum Britanniae pertinente (cf. supra N. 2001 not. 3); proxime accedit constitutio pertinens ad exercitum Germaniae superioris, anni 116 (c. III p. 870) cum cohortibus XVII. — 3) *Alibi passim, atque etiam in constitutione anni 93, ala haec nude Claudia nova dicitur (numero I non adiecto); nisi fortasse haec est ala I Claudia Gallorum, quae a. 105 in Moesia inferiore tendebat (III p. 865 dipl.).* — 4) *Sub Hadriano in Macedonia (infra N. 9055), praeterea ignota.* — 5) *Cf. supra N. 2004. 2005.* — 6) *Haec, ut et pars earum quae sequuntur, etiam N. 9053.* — 7) *Postea in Dacia.* — 8) *Cf. supra N. 2733.* — 9) *Cf. infra N. 9273.* — 10) *Cf. supra N. 1997.* — 11) *Cf. supra N. 1370.* — 12) *Idem in amphora XV 4536.* — 13) *8. Mai (a. 100). Consulum horum nomina, sed mutila, etiam in fragmento fastorum feriarum Latinarum, C. I. L. I ed. 2 p. 59 h. (Iam apparet hoc fragmentum pertinere ad annos 98—101.)* — 14) *Hic desinit exemplum interius.* — 15) *Idem supra N. 2001 et alibi.* — 16) *Tres hi signatores ignoti.* — 17) *Idem supra N. 2001. 2002 et alibi.* — 18) *Idem supra N. 1998.* — 19) *Idem N. 9053 et alibi.*

9055 imp. Caesar divi Traiani Parthici f. divi Nervae nepos Traianus Hadrianus Aug. pontif. max., trib. potest.[1] IIII[2], cos. III, peditibus qui militaverunt in coh. I Fl. Bessor.[3], quae est in Macedonia sub Octavio Antonino[4] quinque et viginti stipendiis emeritis dimissis honesta missione, quorum nomina subscripta sunt: ipsis liberis posterisque eorum civitatem dedit et conubium cum uxoribus, quas tunc habuissent cum est civitas iis data, aut si[5] qui caelibes essent, cum iis quas postea duxissent dumtaxat singuli singulas. A. d. III k. Iul. C. Publicio Marcello, L. Rutilio Propinquo cos.[6]

coh. I Flav. Bes[s]or., cui praest[7] A. Aelius Sollemnianus, ex pedite: M. Antonio Timi f. Timi[8] Hierapol.[9], et Tioroturmae[10] Dotochae fil. uxori eius Tricorn.[11], et Secundo f. eius, et Marcellinae fil. eius.

Descriptum et recognitum ex tabella aenea, quae fixa est Romae in muro post templum divi Aug. ad Minervam.

Tabella aenea (diptychi pars prior) paene integra, reperta ibi ubi Tricornium (cf. not. 11) fuisse videtur, inde ab a. 1907 Belgradi in museo (Vassits comptes rendus de l'acad. des inscr. et b. l. 1909 p. 130 seq., cum imagine). Paucas litteras, quae primis versibus exempli exterioris desunt, supplet scriptura interior. — 1) tribunicia potestat. *scriptura interior.* — 2) *A. p. Chr. 120.* — 3) Besor. *non recte primus editor p. 130. Cohors prima Flavia Bessorum a. 110 fuerat in Moesia superiore (supra N. 9054). (Cohors secunda Flavia Bessorum memoratur supra N. 8853 et in diplomatibus militaribus.)* — 4) *Proconsul ut videtur Macedoniae. Haec sola ex constitutionibus huius generis hucusque repertis pertinet ad provinciam proconsuli subditam.* — 5) *Hic desinit scripura interior.* — 6) *Consulum par notum etiam ex actis fratrum Arvalium. Publicius Marcellus memoratur etiam supra N. 8826. Rutilii praenomen* L. *(non* T., *ut aliquando editum erat) etiam in actis Arvalium cf. VI 32375.* — 7) praeest *editor, non recte.* — 8) *Idem ut puto nomen Syrum quod alibi scribitur Theimes (cf. supra N. 4341).* — 9) *Significatur puto Hierapolis Syriae.* — 10) *Sic potius quam*

Dor- *aes, teste imagine.* — 11) *Locus est Moesiae superioris; cf. itin. Hierosol. p. 564; Ptol. 3, 9, 3; Notit. dign. Or. c. 41.*

9056 imp. Caesar divi Hadriani f. divi Traian[*i*] Parthic. nep. divi Nervae pronep. T. Aelius Hadrianus Antoninus Aug. Pius pon[*tif.*] max. tri[*b.*] pot. XIII[1], imp. II, cos. IV, p. p., equitib. qui militaverun[*t i*]n alis V [*quae*] apell. (1) I Hispanor. Arav[*a*]co[*r. et* (2) *III*] Thrac. sagit.[2], quae sunt [*i*]n [*P*]ann. su[*p*]e[*rio*]r. sub Claudio Maximo[3], item (3) I Fla[*via*] Britann. ∾ c. R. et (4) I Thrac. veter. sag[*it.*] et (5) I Aug. Itureor. sagit.[4], quae sunt in Pa[*nn.*] inferior. sub Cominio Secundo[5] quin[*is*] et vicenis plurib. stip. emer. d[*i*]m[*iss.*] h[*o*]nest. miss. per Porcium Vetus[*tin*]um proc.[6], cum essent in expedition. Mauretan. Caesarens.[7], quor. nomin. subscript. sunt, civit. Roman. qui eor. non hab. dedit et conub. cum uxor. quas tunc habuiss. cum est civit. is data, aut cum is quas post. dux. dumtaxat singul. K. Aug. M. Cassio Apollinare, M. Petronio Mamertino cos.[8]

scriptura interior:
equit. qui milit.
in ali. V, quae
sunt in Pann.
utrasque, XXV
plu. sti. eme.,
dim. hon. mis.
per
Porcium
Vetustinum

alae I Hispan. Aravacor. ex gregale: Victori Liccai f., Azalo.[9]

Descript. et recognit. ex tabula aerea quae fixa est Romae in muro pos. templ. divi Aug. ad Minervam. M. Servili Getae — L. Pulli Chresimi — M. Sentili Iasi — Ti. Iul[*i*] Felicis — C. Iuli Silvani — L. [*P*]ulli Velocis — [*P. Oc*]ili Prisci[10].

Diptychon aeneum, Brigetione rep., deinde Vindobonae (III S. p. 2213 dipl. C, cf. p. 2328, 204; Bormann arch. ep. Mitth. aus Oestr. 16, 1893 p. 230 seq.). Repraesentavi scripturam exteriorem, quae ut in diptychis huius aetatis fieri solet plenior et accuratior est interiore, paucis tantum litteris, quae initio exterioris scripturae perierunt, ex interiore, ubi extant, suppletis; apposui partem interioris scripturae, ubi faber aerarius verba constitutionis plus solito contraxit. — 1) *A. 150.* — 2) *Alae duae hae exercitus Pannoniae superioris etiam in diplomate anni 148 supra N. 2005 et alibi (cf. ib. not. 2).* — 3) *Legatus Pannoniae superioris fuit etiamtum a. 154 (III p. 881, dipl. XXXIX = LXV).* — 4) *Alae hae tres exercitus Pannoniae inferioris etiam in diplomate anni 167 (C. III p. 888); de ala prima Britannica cf. praeterea supra N. 1362, infra N. 9178; de ala prima Thracum sagittariorum supra N. 2747, de ala prima Ituraeorum N. 2511.* — 5) *Eiusdem nominis homo in t. Tusculano infra edendo.* — 6) *Idem procurator Mauretaniae Caesariensis supra N. 5795 (not. 13).* — 7) *De hac expeditione adversus Mauros cf. supra N. 1362 not. 2.* — 8) *Consulum par praeterea ignotum (Cassius Apollinaris fortasse idem qui memoratur in t. Tyanensi Cagnat inscr. Gr.-Rom. III 130; M. Petronius Mamertinus fortasse pater Petroniorum Surae Mamertini et Surae Petroniani supra N. 7855, certe parentela cum iis coniunctus).* — 9) *Cf. supra N. 2005. 2737 not. 2.* — 10) *Septem hi testes eodem ordine in diplomatibus eiusdem aetatis n. LXI. LXII. LXIII (C. III p. 1987. 1988. 883), sex ex iis (scilicet omnes excepto Pullio Veloce) supra N. 2005.*

9057 [*imp. Cae*]s.[1] divi Hadria[*ni f., divi Traiani Parthici*] n. divi Nervae [*pronepos, T. Ael*]ius Hadrianus An[*toninus Aug. Pius*] p. m., tr. pot. XX[2], imp. I[*I, cos. IIII, p. p., equitibus et pe*]d. q. m.[3] in alis [*IIII*] q.[4] appe[*llantur* (1) . . . . . . *et* (2) *H*]erc.[5] et (3) I Ulpi[*a*][6] sing. et (4) I Ulp. dromad.[7] ∞[8], et co[*h.*] XVI[9]: (1) I Ulpia Dacor. et (2) I Ulp. Petreor. et (3) I Au[*g.*] Pannon. et (4) I Cl[*au*]d. Sugambr. et (5) I Ascalonit. sag. et (6) I Flav. C[*ha*]lciden. et (7) II Ulp. equit. et (8) II Italic. c. R.[10] et (9) II Ulp. Paphlag. et (10) II Thrac. Suric. et (11) II classic. sag.[11] et (12) III Ulp. Paphlag. et et[12] (13) III Aug. Thrac. et (14) IV Gall. et (15) V[13] Ulp. Petreor. et (16) VII Gallor.[14], et sunt in Suria sub Attidio Corneliano leg.[15], quinis et vicen. plurib. ve stipend. emerit., dimiss. honest. miss., quor. nomin. subscr. sunt., civit. Roman. qui eor. non haber. dedit et conub. cum [*uxorib.*] quas tunc habuis. cum est civ[*itas is data*] aut cum is quas post duxiss. dum[*taxa*]t singulis. A. d. IV . . . . . ono C. Aelio Se . . . [*cos.*]

[*alae I Ul*]p. singul., [*cui praest*] . . . n . .

Tabula aenea (diptychi pars prior) mutila, rep. ad Kazanlyk, est Sofiae (III p. 2328, 71 dipl. CX = oesterr. Jahreshefte 3, 1900 p. 21 seq., Bormann dedit imagines et commentarium). — 1) *Initium (usque ad tertiam alarum) superest in solo latere interiore.* — 2) *A. 157.* — 3) ..d. q. m., 4) q. *scriptum est in latere interiore; in exteriore probabile est fuisse* equitib. et peditib. qui militaver. *et deinde* quae *(sic vel similiter etiam in aliis diplomatibus Pii, cf. supra N. 2005. 2006, latera duo differunt; de hac scripturarum duarum, exterioris et interioris, in diplomatibus Traiano posterioribus discrepantia cf. supra vol. I p. 390.* — 5) *Ala Herculiana et ala singularium memorantur inter alas, quarum vexillationibus Valerius Lollianus praefuit in Mesopotamia, cf. supra N. 2724, bello Parthico L. Veri ut videtur, cf. not. 9.* — 6) Ulp. *latus interius,* Ulpi[*a*] *exterius, quod hic incipit.* — 7) *Ala prima dromedariorum dudum nota, sed Valeria (cf. supra N. 2541 not.), diversa igitur ab hac Ulpia (fortasse ad hanc ipsam pertinet N. 2541, errore in* Val. *commisso, ut putat Ritterling oesterr. Jahresh. l. c. p. 27).* — 8) *Milliaria.* — 9) *Ex sedecim his cohortibus exercitus Syriaci anni 157 non minus octo, fortasse etiam plures, redeunt inter cohortes enumeratas supra N. 2724, scilicet prima Ulpia Petraeorum, prima Sygambrum, prima Ascalonitarum, prima Flavia Chalcidenorum (in N. 2724 pro* fel. V Chalcid- *sine dubio scribendum* I Flav. Chalcid-), *secunda Ulpia equitata, secunda Ulpia Paphlagonum, quinta Ulpia Petraeorum, fortasse etiam prima Ulpia Dacorum et secunda Thracum Surica, si sumere licet in titulo N. 2724 fuisse* I VL*p (non* III*)* Dacorum, *ut editur,* et II *(non* I*)* Thracum *(Bormann l. c. p. 28. 30). Iam apparet titulum N. 2724 non esse temporum Traiani, sed huic nostro fere aequalem, milites igitur illos a Lolliano in Mesopotamiam ductos esse bello Parthico L. Veri (Bormann p. 25).* — 10) *De cohorte secunda Italica civium Romanorum cf. infra ad titulum Proculi Rabili f., optionis eiusdem cohortis.* — 11) *Eadem cohors supra N. 2683.* — 12) et *errore bis positum in scriptura exteriore quae sola hic extat.* — 13) V *errore omissum in scriptura exteriore (suppletur ex interiore).* — 14) *Cohors septima Gallorum antea fuerat in Moesia cf. supra N. 1999, ut et aliae complures ex his Syriacis. In Syria fortasse ab ea positi sunt tituli III 131. 132 (errore in describendo hoc*

commisso, cf. Bormann l. c. p. 29). — 15) *Attidius Cornelianus legatus Syriae memoratur etiam III S. 6658 et in vita Marci c. 8, 6. Antea (a. 150) fuerat legatus Arabiae, teste titulo Geraseno, quem ad apographum potissimum Puchsteinii restituit Lucas Mitth. u. Nachr. des deutsch. Palaest.-Vereins 1901 p. 56.*

9058 [*imp. Caesar divi Anto*]nini Magni Pii fil., [*divi Severi Pi*]i nepos, [*M. Aurellius Antoni*]nus Pius Felix Aug. sacerdos [*amplissimus dei invi*]cti Solis Elagabali, pon[*tifex max. trib. po*]t. V[1], cos. IIII, p. p. [*et imp. Caesar*[2], *M. Aur. An*]tonini Pii Felicis Aug. fil., [*divi Antonini Mag*]ni nep., divi Severi Pii pron., [*M. Aurelius Alexand*]er nobilissimus Caes. [*consors impe*]ri[3] sacerdotis[4] cos., nomina milit[*um*][5] qui militaverunt in cohortib. [*praetoriis Anton*]inianis d[*e*]cem I II III IIII V VI VII VIII V[*IIII X pi*]is vindicibus qui pie et fort[*iter*][6] milit[*ia*] functi sunt, ius tribuimus conubi dumtaxat cum singulis et primis uxoribus, ut etiam s[*i*] peregrin[*i iuris*] femin[*as*] in matrimon[*io suo iunxerint*], proinde liberos to[*llant ac si ex duo*]bus civibus Roman[*is natos*].

Tabella aenea (diptychi pars prior), Romae rep. (in Tiberis alveo, teste aerugine), (Huelsen Roem. Mitth. 1907 p. 434 seq. cum tab.). — 1) *A. 222 (sine dubio 7. Jan., cf. supra N. 2007—2009. 2010 not. 2. 2097 not. 2). Ex alio diplomate eiusdem temporis superest frustulum supra N. 475 cf. C. III p. 1998, in quo item Alexander adiungitur Elagabalo.* — 2) *Sic suppletum ex N. 475 (cf. not. 1).* — 3) . . . ri *in interiore tantum exemplo superest (cf. not. 4).* Imperii [*consors*] *videtur dici Alexander in fastis sodalium Antoninianorum VI 2001.* — 4) *In exemplo exteriore superest* . . RDOTIS, *in interiore videtur esse* . . KISACERD. *Errorem subesse, scilicet scribi debuisse* sacerdotiq., *coniecit Huelsen.* — 5) milit. *exemplum interius, in exteriore, in quo haec desunt, fuit sine dubio* militum *(ut etiam paullo post in interiore* milit. *pro* militaverunt, *cet.).* — 6) fort. *exemplum interius.*

Tabellae ligneae Aegyptiacae.

9059

1. Scriptura exterior.

L. Nonio Calpurnio Torquato Asprenate, T. Sextio Magio | Laterano cos., VI non. Iulias, anno XIII imp. Caesaris Domitiani | Aug. Germanici mense Epip. die VIII[1], Alex.[2] ad[3] Aegyptum, | M. Valerius M. f. Pol. Quadratus vet.[4], dimmissus *(sic)* honesta | missione ex leg. X Fretense, testatus est[5] se descriptum | et recognitum fecisse[6] ex tabula aenea quae est fixa | in Caesareo magno[7], escendentium scalas secundas[8], | sub porticum dexteriorem, secus aedem Veneris mar|moreae, in pariete in qua scriptum est et[9] id quod infra scriptum es[*t*]: |

C. Epidius C. f. Pol. Bassus vet.[20]

L. Petronius L. f. Pol. Crispus vet.

M. Plotius M. f. Pol. Fuscus vet.

M. Antonius M. f. Pol. Celer vet.

P. Audasius P. f. Pol. Paullus vet.

M. Antonius Longus[20] Pull.[21] vet.

L. Petronius Niger vet.

L. Valerius Clemen. vet.

M. Antonius Germanus vet.

Imp. Caesar divi Vespasiani f. Domitianus Aug. Germanicus | pontifex maximus, trib. potest. VIII[10], imp. XVI[11], censor perpetuus, | p. p., dicit[12]: Visum est mihi edicto significare[13] universoru[*m*] | vestrorum vi[14]. Veterani milites omnibus vectigalib. | portitoribus[15] publicis liberati[16] immunes esse deben[*t*] | ipsi coniuges liberique eorum parentes qui[16a] conubia [*eo*]|rum sument[17], omni optumo iure c. R. esse possint et om[*ni*] | immunitate liberati apsolutique sint, et omnem i[*mmu*]|nitatem q. s. s. s.[18] parentes liberique eorum idem iuri[*s*] | *i*dem[19] condicionis sint, utique praedia domus tabern[*ae*] | *inv*itos intemni qui veteranos *s* . . *o*nis . . . .

2. Scriptura interior.

. . . . *v*]eteranorum[22] cum uxoribus et liberis s. s.[23] in aere in|cisi[24] aut si qui caelibes sint, cum is quas postea duxissent | dumtaxat singuli singulas, qui militaverunt Hierosolymnis *(sic)* | in leg. X Fretense, dimmissorum *(sic)* honesta missione stipendis eme|ritis per[25] Sex. Hermetidium Campanum legatum Aug. pro praetore[26], | V k. Ian. Sex. Pompeio Collega, Q. Peducaeo Priscino cos.[27]; qui militare | coeperunt P. Galerio Trachalo, Ti. Catio[28] et T. Flavio, Cn. Aruleno cos.[29] | Ex permissu[30] M. Iuni Rufi praefecti Aegypti[31] L. Nonio Calpurnio | Torquato Asprenate, T. Sextio Magio Laterano cos., k. Iulis, anno | XIII imp. Caesaris Domitiani Aug. Germanici mense Epip, die VII.[32] |

Ibi M. Valerius M. f. Pol. Quadratus coram ac[33] praesentibus eis | qui signaturi erant testatus est iuratusque dixit per I. o. m. et Genium | sacratissimi imp. Caesaris Domitiani Aug. Germanici, in militia | sibi L. Valerium Valentem et Valeriam Heraclun[34] et Valeriam | Artemin omnes tres s. s.[35] natos esse eosque in aere incisos civitatem | Romanam consecutos esse beneficio eiusdem[36] optumi principis.

Tabella lignea, utrimque scripta, diptychi pars (tabella posterior, ut puto, cf. infra not. 19), rep. a. 1909 in ruderibus Philadelphiae Arsinoiticae, iam Alexandriae in museo (Lefebvre Bull. de la société d'archéol. d'Alexandrie III 1910 p. 39—52). Tractavit Mispoulet Nouv. Revue hist. de droit 1911 p. 5 seq.; cf. etiam Wilcken Arch. f. Papyrusforsch. V 434 seq., Chrestomathie d. Papyrusk. n. 463. — 1) *2. Iul. 94. Similiter et Romano more et Aegyptio dies indicatur in aliis instrumentis ligneis privati argumenti Latine scriptis, in Aegypto repertis, in cretionibus hereditatis et in testatione professionis liberorum (S. de Ricci Revue historique de droit 1906 p. 479 seq. 483 seq. = Bruns fontes iur. ed. Gradenwitz p. 319. 420).* — 2) *Alexandreae.* — 3) *Sic etiam supra N. 1397. 1576, item in testatione professionis liberorum, de qua not. 1.* — 4) *Oriundus fortasse ex castris Alexandrinis. Exercitum Iudaicum, ad*

quem pertinebat legio decima Fretensis, a. 69 ex legionibus Aegypti suppletum esse narrat Iosephus bell. 5, 1, 6. — 5) Similes testationes habemus in papyris Aegyptiacis Urk. Berl. Mus. 525 iisdemque verbis 970: ille ἐμαρτυροποιήσατο ἐκγεγρά[φθαι] καὶ προσαντιβεβληκέναι ἐκ τεύχους βιβλειδίων Τίτου Πακτουμηίου Μάγνου ἐπ[άρχου] Αἰγύπτου ... ἐν ᾧ βιβλιδίῳ ἐνγεγραμμένα ἦν τὰ ὑπογεγραμμένα. Cf. ibid. 1032: δέλτον μαρτυροποιήσεως ἐπὶ σφραγείδων γενομένην (Wilcken). Mispoulet (p. 14) putat Valerium Quadratum comprobavisse (demonstrasse) ea quae infra scripta erant, debito more descripta esse ex tabula fixa in Caesareo magno, prolato diptycho aeneo eius generis quae extant, munito sigillis septem civium Romanorum, in quo septem ii cives Romani veritatem scripturae testati erant (cf. Urk. Berl. Mus. 265 v. 21 = 780 v. 15: δέλτον χαλκῆν ἐκσφρα[γισμένην] ... κειμένης ἐν Ῥώμῃ, δι' ἧς ...); sed testari non est comprobare. — 6) recognitum fac[tum] etiam in testatione professionis liberorum, de qua cf. not. 1. — 7) Alexandreae sine dubio, non Romae, quod vocabulum omitti non potuit. — 8) Sc. e navi, vel e portu. — 9) Dele et. — 10) 14. Sept. 88 — 13. Sept. 89. — 11) Cf. supra N. 269 not. 3. Consulatus mentio omitti non debuit. — 12) Edictum hoc Domitiani ad veteranos universos, propositum anno 88 vel 89, id est eo fere tempore quo Antonium Saturninum vicit, formatum esse puto ad edictum Caesaris divi filii, consulis tertium, propositum a. 723 id est cum ille contra Antonium proficisceretur (vel fortasse paullo postea, capta Alexandria), servatum nobis in papyro Urk. Berl. Mus. 628 = Bruns-Gradenwitz p. 239, sed apographo corruptissimo. Domitiani quoque edictum in hac tabula lignea valde corruptum, incuria scriptoris; accedebant angustiae spatii (cf. infra not. 19); denique haec pars tabulae difficilis lectu. Retinui fere quae primus editor in tabula legisse sibi visus est. — 13) Simile initium edicti Caesariani (not. 12): visum [est] edicendum mi[hi vete]ranis dare omn[ibus] ut tributis ... — 14) Quid subsit, non apparet. Fortasse, cum Cagnato, legendum: ut veterani cet. — 15) Scr. portoriis. — 16) Scr. liberi? Ceterum cf. cod. Theod. 7, 20, 2. — 16a) Sic editor (imago parentesque admittit). — 17) De soceris veteranorum cogitavit Mispoulet, quibus sane privilegia quaedam tribuuntur oratione divi Marci fr. Vat. 195. — 18) Qui supra scripti sunt. — 19) Extrema haec ita coarctata sunt ut vix legi queant (inclinatis dedi, quae primo editori, qui ipsam tabellam tractavit, incerta esse visa sunt: in imagine ex versu ultimo nihil, ex praecedente pauca tantum agnoscuntur). Apparet scriptori nullum spatium vacuum superfuisse, neque licuisse ei in alteram diptychi tabellam transire; scilicet ea altera tabella, quae prior fuisse putanda est, iam repleta erat; sine dubio in ea perscripta erat constitutio, cuius finem habemus in huius ipsius tabellae latere averso. — 20) Novem nomina testium (sigillorum vestigia supersunt) qui ligneum hoc diptychon signaverunt. Non casui autem tribuendum videtur, quod ex novem his testibus quinque priores, spatio vacuo a reliquis dirempti, tribum habent et patrem citant. Ceterum veterani fuerunt omnes, fortasse commilitones Valerii Quadrati. — 21) Incertum, utrum significetur tribus Pollia, an alterum cognomen Antonii. — 22) Supersunt haec ex constitutione, qua militibus dimissis a. 93 ex legione decima Fretensi praemia tribuebantur, similia praemiis militum urbanicianorum. Initium constitutionis periit cum tabella diptychi priore (in hac ipsa tabella ante [v]eteranorum paucae tantum litterae perierunt). Scripta autem est haec pagina multo accuratius quam altera, legiturque sine ulla difficultate; sed quamquam gravioribus mendis caret, non est immunis ab interpolationis suspicione. — 23) Subscriptis (vel: suprascriptis). — 24) Scr. incisis. Ceterum verba et liberis — incisi molesta sunt hoc loco, fortasse intrusa a scriptore (similis interpolatio supra N. 6870 not. 19). — 25) Milites dimissi per legatum Augusti etiam supra N. 2301.

2302, per procuratorem Augusti provinciae praesidem N. 9056, per praefectum Aegypti N. 9060. — 26) *Homo ignotus; ipsum Hermetidii nomen paene inauditum (ex familia eius puto Sexti Hermentidii VI 35449).* — 27) *28. Dec. 93.* — 28) *A. 68.* — 29) *Fasces gesserunt exeunte mense Apr. anni 69 (supra N. 241 v. 81). Contra consuetudinem consulum suffectorum nominibus annus designatur, eorum consulum qui annum inchoaverant, Galbae et Vinii (item eorum, qui secuti erant, Othonis et fratris) memoria invisa et suppressa. Othoni et fratri successerant Verginius Rufus et Pompeius Vopiscus (supra N. 241 v. 63), quorum memoria illaesa manserat; anno tamen in posterum designando, non hi electi, saltem in exercitu, sed eorum successores, fortasse quod alter eorum, T. Flavius (Sabinus), parentela coniunctus erat cum domo imperatoria Flaviorum. Ceterum apparet etiam Flaviorum temporibus milites legionarios alternis tantum annis dimissos esse (cf. supra N. 2300. 2302. 2303). Milites legionarios plerumque post viginti quinque demum stipendia dimissos esse notum est (supra N. 2245. 2253. 2267. 2303. 2304).* — 30) *Nisi fallor, Valerius Quadratus a praefecto Aegypti petierat, ut sibi liceret constitutionem describere.* — 31) *Vix diversus M. Mettius Rufus, quem Aegypto praefuisse a. 89/90 docuerunt papyri Oxyrhynch. n. 72. 237, 8, 21 (vol. I p. 135, vol. II p. 163. 164), pleno nomine dictus M. Iunius Mettius Rufus, cuius nominis consulem aliquem habuimus supra N. 1622.* — 32) *1. Iul. 94.* — 33) CORΛMΛΛC *scriptum.* — 34) *Eadem nominis forma U. B. M. 196 v. 24.* — 35) s. s. *(supra scriptos),* 36) eiusdem *supra lineam adiectum.*

9060 M.[1] Acilio Avaviola[2] et Pansa cos.[3] | pridie nonas Ianuarias | T. Haterius Nepos praef. Aeg.[4] | L. Valerio Nostro equiti | alae Vocontiorum[5] turma | Gaviana emerito hone|stam missionem dedit | *(et alia manu, in margine inferiore).* . . . rlegi O . S . S . E̅HM̅ .[6] dedi prid. non.

Tabella lignea, in regione Fayûm rep., iam Cairi in museo (S. de Ricci Nouvelle Revue historique de droit 1906 p. 478). — 1) *Scr.* M'.? — 2) *Scr.* Aviola. — 3) *A. 122.* — 4) *Cf. supra N. 1338.* — 5) *Cf. supra N. 2610, infra N. 9142.* — 6) *Perlegi omnia supra scripta et honestam missionem dedi. Est nuda honesta missio, data a rectore provinciae, cum praemia veteranorum solus imperator tribueret.*

Militia urbana.

9061 d. m. | C. Antistio | Severo | mil. coh. VIII pr. | spe[1] militans ann. X, | decessit Faleris, | cuius cineres | Antistius Coraesus | retulit pater[2].

In Piceno prope Isola del Gran Sasso agri ut videtur Interamnitium (Barnabei Notizie degli scavi 1899 p. 262). — 1) *Cf. supra N. 2071. Domaszewski Rangordnung p. 22.* — 2) *Ultima verba (inde ab* Ant-*) senarium efficiunt.*

9062 C. Matho C. f. | Ter. Clemens | missicius ex coh. II pr.

Romae rep. extra portam Salariam (VI 32670[a] descr. Gatti bull. comunale 1899 p. 71).

9063 M. Tuccius C. f. | Col. Maximus | Tiberiopoli[1] | miles coh. VII pr. | ϵ[2] Marcelli, | vixit anno[*s*] . . ., | milit[*avit*] . .

Romae ad viam Salariam rep. (VI 32699 descr. Lanciani bull. comunale 1892 p. 298). — 1) *Videtur esse Tiberiopolis Pappa Pisidiae, hodie Yonuslar (ubi supra N. 5828): Cagnat inscr. Gr. ad res Rom. pert. III 309. 1468. 1469, Cronin Journ. hell. studies 1902 p. 101 seq., cf. Ramsay hist. geography of Asia minor p. 398. Adde titulum XII 5718:* Ti. Claudius Artemidori f. Quir. Phoebus Tiberiopolitanus *cet.* — 2) *Centuria.*

9064 d. m. | C. Caelius C. f. | Arventus domo | Lucanus, eq. coh. | V pr. *7* Sereni, mil. | ann. VIII, vix. ann. | XXVIII, | t. p. i. H. f. c. *(eques sagatus dextra hastam tenens, praecedit equus ephippiis tectus, a quo pendet scutum fulmine insigne).*

Romae (VI 2572 vidit Kiessling).

9065 . . . | C. M. Se[*v*]ero eq[uiti ex singularib|us[1] ex chor. pr. IX | stip. II, vixit an. XXX, | Ael. Maxima ma|ter filio infeli|cis. b. m. et sivi *(sic)* | viva fecit *(ascia).*

Prope Starigrad Dalmatiae rep. (Colnago et Keil Oesterr. Jahresh. 8, 1905 Beibl. p. 57 cum imagine). — 1) *Cf. supra N. 2074, item 2071.*

9066 d. m. | Sueto | Marcellin. | militavit[1] | an. VI m. VIII, | tes.[2] an. II m. XI, | eq. an. II m. VIIII d. X[3], | posuerunt fratres, | curant. Salena | Paulina mat.[4], | Sueto Crispin. et | Sueto Paulin. ev. Aug.[5], | Sueto Augyrin. m. c. IIII pr., | Sueto Iustus[6] *(in latere miles hastam et cistulam quadratam tenens, in altero eques in basi).*

Pisauri (XI 6350 vidit Bormann). — 1) *Sine dubio in cohortibus praetoriis, ubi et fratres eius Paulinus (cf. not. 5) et Augurinus.* — 2) *Tesserarius.* — 3) *Videtur per annum fere fuisse tiro, deinde statim promotus esse (Mo.). Diversus ab hoc, sed sine dubio affinis eius Sueto Marcellinus Pisaurensis (VI 32522[a] = 2381[a], 1, 14) miles cohortis quartae vel quintae praetoriae factus a. 154, honesta missione ut videtur missus a. 172.* — 4) *Huic Salenae Paulinae titulum sepulcralem XI 6281 posuit qui unus ex filiis supervixit Sueto Iustus.* — 5) *Hic sine dubio* C. Sueto Paullinus Pisauro, *recensitus in laterculo militari VI 32520 (= 2379), 3 v. 57 inter milites cohortis quartae praetoriae probatos a. 144; adscriptum est* evo[c.], *scilicet eum missum honesta missione (a. 160) evocatum factum esse.* — 6) *Cf. not. 4.*

9067 A. Saufeius P. f. Ca[*m.*] | Max. Ansio[1] miles c[*oh.*] | VIIII pr. *7* Firmi Ter[*tulli*], | militavit annis . . ., [*bene*]|ficiarius t[*rib.*, *tes*]serarius, co[*rnicular.*], | donis do[*natus ab*] | imperat[*ore*] . . . no Cae[*sar. Aug. tor*]|quib[*us*] . .

Prope Corinium Dalmatiae, iam Zarae (III 2887 vidit Mommsen). — 1) *Locus ignotus (sed cf. ad terminum quendam Dalmaticum infra edendum = oesterr. Jahresh. 1909 Beibl. p. 30). Antium intellegi putat Jacobsohn Herm. 43, 1908 p. 473.* — *Ex altero titulo eiusdem hominis videtur superesse fragmentum III 2888 = oesterr. Jahreshefte 8, 1905 Beibl. p. 46.*

9068 M. Aur. Gaio | mil. coh. II pr. | *7* Iuliani, sig. ad|iut.[1], D . . . . [*A*]lexan|[*der*] . . . a, | Aur. Mu . . . . . a | vete[*r.*] *(reliqua lacera).*

Romae rep. inter vias Salariam et Pincianam (VI 32670 = Gatti Notizie degli scavi 1887 p. 237 n. 626). — 1) *Signorum adiutori. Cf. supra N. 2348.*

9069 d. m. | C. Vedinaco | Dextro mil. chor. | II praetor., optioni | carcaris[1], mil. a. XIIII, | vix. a. XXXVII m. IIII, | M. Iulius Secundus | pater fil. pientissimo | equiti Augustor., et | Fadenae Semelini m. | suius[2] b. m. f. | et sibi.

Casciae prope Nursiam, ibi ubi N. 6552 (Notizie degli scavi 1893 p. 379 semel descripta, a Franceschinio auctore accurato). — 1) *Optiones carceris habuimus iam supra N. 2117. 2126. 3739, cohortium urbanarum omnes.* — 2) *Sic esse in lapide traditur; fortasse intellegendum: matri huius.*

9070 Senio Marc|ello mil. coh. | VI pr. ϛ[1] Procul. | disc. armat.[2], fec. | Sen. Iust. fr.[3] et Iul. | Procla coni. Pie|tas ϛ[4], qui inpetrav., bona uius[5] conced|erentur[6].

Romae rep., urna, nunc Malvern in Anglia (imaginem photographicam misit Haverfield). — 1) *Centuria.* — 2) *Discenti armaturae. Cf. supra N. 2362. 2363. Discens armaturae in legione fortasse VIII 2618b, 34.* — 3) *Frater.* — 4) *Centurionis.* — 5) *Huius (sc. Senii Marcelli).* — 6) *Fortasse propter delicti alicuius suspicionem vel alia quacumque de causa fiscus bona defuncti occupaverat, et preces centurionis effecerant, ut adfinibus hereditas concederetur.*

9071 [*dis m*]anib. | . . . llio Quartion[*i*] | medico coh. I pr. | veterinario | vix. ann. LXXXV, | posuer. lib. me[*r*.].

Romae, incertum quo loco urbis rep. (Bang Roem. Mitth 1909 p. 171 descriptam a Pollak).

9072 d. m. s. | Tufienius Speratus | mil. coh. VI pr. stationa|rius[1] ripae Uticensis[2] | vix. ann. XXXV, militavit | annis XV *(a sin.)* o. t. b. q. *(a dextra)* t. t. l. s.

Loco Africae mediterraneo cui nomen Henchir Techga, inter Tebourba et Hipponem Diarrhytum (VIII S. 25438 descr. Delattre bull. des antiquaires de France 1898 p. 334). — 1) *Cf. supra N. 2052; cf. Hirschfeld Sicherheitspolizei (Sitzungsber. 1891 p. 864 not. 101). Domaszewski Roem. Mitth. 1902 p. 332 not. 3 (incertum an praetoriae cohortis fuerit miles stationarius tituli item Africani VIII 23120 = Bull. du Comité 1893 p. 234).* — 2) *Locus, ubi titulus repertus est, a ripa Uticensi circ. 40 chil. distat.*

9073 Iovi optim[*o*] | maximo[1] | votum retuli | Genio imp. Caes. | M. Aureli Claud.[2] | invicti pii felic. [*Aug.*][3], | Aelius Dubitatus | mil. coh. VIIII pra[*et.*] | ϶[4] Etrii, annis VIIII | [*g*]essi stationem Ven. | [*R*]usic.[5], salvis et f[*el*]ici[*b.* | *comm*]anipulis fac . . .

Rusicade (Philippeville) rep. (Bull. du Comité des travaux hist., Procès-verb. 1909 Ian. p. X ad imaginem photographicam, quam et ipse vidi). — 1) *Vs. 1. 2 in plintho basis.* — 2) *A. 268—270.* — 3) MG *vel* MO *videtur cerni in imagine photographica; fuit sine dubio* AVG. — 4) *Centuria.* — 5) *Veneria Rusicade. Cf. supra N. 5077. 6863.*

9074 M. Aur. Prisco | p. p., v. é., 7 frumenta|rio, canalicula|rio[1], ostiario[2] prae|ff. praett. ee. mm. vv.[3], | primiscrinio cas|trorum praett., | M. Iul. Eutyches eq. R., | ob merita erga se eius, | amico incomparabili. | L. d. d. d.

Arelate rep. (Cagnat comptes rendus de l'Acad. des inscr. 1910 p. 106 acceptam a Véran). — 1) Cf. supra N. 2215 cum not. 2. — 2) Militem θυρωρὸν legati memorat Dio (cf. supra N. 2413 not. 2). — 3) Cf. supra N. 4721 not. 1.

9075 M. Valerio Florentio actu|ario comitum imp., ex exceptore | praeff. praet., militavit ann. II | mens. VI, vixit ann. XXI m. II d. VI, et | M. Valerio Herodio optioni vex|xill. *(sic)* suprass.[1], ex exceptore praeff. | praett. *(sic)* eemm. vv., militavit ann. II | men. VI, vixit ann. XX d. XII, | Heliodorus pater et Tatiane ma|ter filis dulcissimis in pace | fecerunt. Eutropiorum[2].

In castello S. Viti ducatus Urbinatis, deinde Urbini (XI 6168 vidit Bormann). — 1) Suprascriptae. — 2) Signum defunctorum. Cf. supra N. 7947 not. 1.

9076 d. m. | M. Fl. Flaviano vet. Aug. n., | qui militavit coh. XIIII urb. 7 Iuli|ani annis XXII, adiutor comme|ntariorum at scrini. praeff., | qui vixit annis LII mensibus | XI d. XVIII, Naevia Ianuaria | coiux fecit bene merenti et sibi.

Romae trans Tiberim rep. (Gatti bull. archeol. comunale di Roma 1908 p. 295).

9077 L. Manli | Nigrini | mil. cohor. | XVII[1].

Lugduni in colle Fourvière rep., discus aeneus (Comptes rendus de l'Acad. des inscr. 1898 p. 720). — 1) Eadem cohors supra N. 2130. Cf. C. XIII p. 519.

9078 coh. III[1], 7[2] Carpiani felix, | Mamertino et Rufo cos.[3], i[4] qui | desciderunt[5] Ostis[6] in vexillat. | ex id. Decemb. in idus Apriles[7]:

L. Critonius L. f. Trophimus, f. p. a.[8] d. VIII[9] | t.[10] CXXVII
L. Tullius L. f. Felicissimus, inc. f. p.[11] d. IIII o. X[12]
M. Aemil. M. f. Hermes, inc. f. p. d. IIII ost. X[12]

Q. Faeronius Q. f. Castor	imp. Comm.
P. Brittius P. f. Felixs	IIII et Victo-
L. Fannius L. f. Saturnalis	rino II cos.[14],
! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ! ![13]	d. d. VII id.
Q. Vibidius Q. f. Timocrates	Apriles.

Ostiae ut dicebatur rep., postea Parisiis ap. H. Thédenat (Eph. ep. 9, 459 ectypum dedit Villefosse). — 1) Cohors tertia (vigilum). De statione vexillationis vigilum Ostiensi cf. supra N. 2154. — 2) Centuria. — 3) A. 182. — 4) Hi. — 5) Descenderunt (sic etiam in actis Arval. a. 218, supra N. 5039). — 6) Ostia. — 7) Apparet, collatis inscriptionibus Ostiensibus supra N. 2164 et C. XIV 230, ter in anno vexillationes vigilum Ostiae sibi successisse. — 8) Frumentum publicum accepit (cf. N. 2163 not. 12). — 9) Cf. ib. not. 13. — 10) Tabula (cf. N. 2163 not. 14) centesima vicesima septima (intellege tabulas incisorum frumento publico). — 11) Incisus frumento publico. — 12) Ostio decimo. Cf. N. 6069—6071. — 13) Nomen erasum. — 14) A. 183.

9079 Apollini sac. | T. Aur. Domitius | miss. onesta | missione | ex astiliario[1] | T. Ael. Valentinio[2] | v. s. l. l. m. | Tertyllo et | Sacerdote cos.[3]

9079[a] . . . . . | se . . . | fac. dec.[4] | ex tablifero[5].

Romae rep. ibi ubi N. 2180 seq. (VI 31153. 31185 vidit Huelsen). — 1) *Ex (h)astiliario. Cf. supra N. 2183. 2201.* — 2) o *errore addita et postea deleta.* — 3) *A. 158.* — 4) *Decurio.* — 5) *Cf. supra N. 2183 not. 4.*

9080 G. k. p.[1] | Q. Carinius | [*Am*]abilis optio | [*p. p.*[2] *l*]eg. II Ital., | [*factus*[3]] Ͻ frumen. | [*et* Ͻ *deput*]atus.

Romae in monte Caelio prope ecclesiam S. Stephani Rotundi, ubi fuerunt castra peregrina, rep., tabella aenea (descr. Huelsen). — 1) *Genio castrorum peregrinorum, cf. supra N. 2215 seq.* — 2) *Optio primipili (sic Domaszewskius Rangordnung p. 267 et apud Ashbyum Class. Review 1908 p. 156). In sequentibus quoque recepi supplementa Domaszewskiana, non omnino certa.* — 3) *Cf. not. 2.*

9081 [*L. Venuleio Aproniano II L.*] Sergio Paullo II cos.[1]
. . . . *signis milita*]rib.[2] V sedem exstructo tribunali[3]
. . . . rio milites infra scripti fecerunt:

. . . . [*Orfito et Pude*]nte cos.[4]	Sex. Bolanius Quintianus Tar.
. . . . tus Patav.	M. Tintorius Kalendinus Capua
. . . . a Bonon.	P. Fabius Saturnalis Patavio
. . . . [*Pudente et Polli*]one cos.[5]	Q. Romanius Charito Mediol.
. . . . Fident.	M. Brittius Secundus Nepe
. . . .	. . . . . us Strato Berua
. . . .	. . . . us Philip.
. . . .	. . . .

Romae, incertum quo loco urbis rep. (VI 3559 vidit Henzen). — 1) *A. 168.* — 2) *Supplevit Domaszewskius Abh. z. roem. Religion p. 86, qui quaesivit, ad quos ex militibus urbanicianis tribunal hoc spectaverit.* — 3) *Domaszewskius l. c. confert Tac. ann. 1, 18: signa cohortium locant . . . extruunt tribunal, quo magis conspicua sedes foret.* — 4) *A. 165,* 5) *a. 166 (supplevit Domaszewskius:* [*Rufino et Praese*]nte cos., [*Homullo et Glabri*]one cos. *i. e. a. 153. 152, priores).*

Legionarii.

9082 Genio leg. II Ital. | p.[1], M. Gavius | Firmus[2] pp.[3] Vellin.[4] *(sic)* | Firmo Picen., | dedicante | C. Memmio Fido | Iul. Albio[5] cos. des., | leg. Aug. pr. pr. | XIIII k. Oct. | Aproniano et | Bradua cos.[6]

Lauriaci (Lorch) in Norico rep. a. 1900 (III S. 15208 Hirschfeld vidit imaginem photographicam). — 1) *Piae. Cf. supra N. 2287.* — 2) *Parentela coniunctus videtur cum M. Gavio Maximo praefecto praetorio Antonini Pii, quem Firmo oriundum fuisse constat (cf. supra N. 1325).* — 3) *Primus pilus.* — 4) *Velina tribus Firmanorum.* — 5) *Cf. supra N. 1110.* — 6) *18. Sept. 191.*

9083 imp. Caes. M. Aurel. | Antonino Aug., | imp. Severi Aug. n. fil., | tribunic. potest. VI[1], | consul., proconsul., | legio I M. p. f.

9083[a] divae | Iuliae[2] | leg. I Min. | Antonini|ana p. f.

Bonnae rep. a. 1909 (Lehner Roem.-germ. Korresp.-Blatt 3, 1910 p. 34. 33). — 1) *A. 203.* — 2) *Cf. supra N. 8920[a]. Titulus videtur positus imperante Elagabalo. Titulum, quem sub huius successore posuit legio prima Minervia Severiana Alexandriana, habes XIII 8017.*

9084 d. m. s. | C. Iulius Martia|lis veteranus | leg. II Adiutricis | piae fidelis quae | habitat in Pano|nia inferiore A|cinco.[1] *(A sinistra)* d. m. s. | C. Iulius Heren|nianus vixit | annis XIII, | h. s. e.

Thuburnicae in Africa (VIII S. 25740 descr. Carton bull. Comité 1895 p. 337). — 1) *Cf. supra N. 2288 not. 5. N. 2320. 2355. 2409 cet.*

9085 d. m. | L. Gargilius L. f. | Quirina Felix[1] | Tacapis[2] vet. leg. I Ad. p. f., missus missione | nummaria[3] ann. | . .

Prope Poetovionem rep. a. 1910 (Rak Jahrb. f. Altertumskunde, Wien, 3, 1910 p. 169 cum imagine). — 1) *Gargilios Felices multos dedit Africa (C. VIII ind. p. 1000 et n. 20436; X 3400 ut notavit Kubitschek Jahrb. l. c.).* — 2) *Notum oppidum Africanum, cf. supra N. 151 (in lapide videtur esse* Cacapis *vel* Gacapis). — 3) *Veteranum legionis secundae Adiutricis, deductum Poetovionem missione agraria, habuimus supra N. 2462 (Kubitschek l. c., qui confert etiam cod. Theod. 7, 20, 3: veterani . . . terras accipiant . . . et ad emenda ruri necessaria pecuniae in nummo viginti quinque milia follium cet.; qui autem negoti gerendi habuerit voluntatem, huic centum follium summam immunem habere permittimus).*

9086 d. m. | Cossutius Eu|tyches Aureli|ae Romanae con|iugi kar. dulcis. | benmer. fecit, cum | quo vix ann. XXVIII, | secund. Parthica Se|ver.[1], Faviano Muc. | con.[2] III idus April.

Romae rep. in coemeterio Domitillae via Ardeatina (VI 32877 vidit Gatti). — 1) *Legione secunda Parthica Severiana.* — 2) *Fabiano et Muciano consulibus (a. 201). Notabile, ut notavit Mommsen, Severianae cognomen legioni inditum in honorem Septimii Severi, cum praeterea hoc nomen in numeris militaribus sub Severo Alexandro demum reperiatur.*

9087 Aurel. Mucatra R.[1] | mil. legion. sac. Pa. | Filipi . ani[2] cho. V[3] | stato prioris[4], | stationarius[5] muni|cipio Habae.[6], inbic[*t*]o[7] daeo promisu fec. | libies hanim.

Prope rudera Aveiae rep. (Persichetti Notizie degli scavi 1902 p. 68; Domaszewski Roem. Mitth 1902 p. 330 vidit ectypum). — 1) *Fortasse latet mentio originis militis (Dom.).* — 2) *Intellege: miles legionis secundae Parthicae Philippianae,* 3) *cohorte quinta,* 4) *centuria hastati prioris (cf. supra N. 2332 not. 6).* — 5) *Cf. N. 9072.* — 6) *Intellege:* Aveiae. — 7) inbiceo *lapis; intellegendum: invicto.*

9088 L. Silicio L. f. Claud. Satur|nino mil. leg. III Aug. *7* | Iuli Liguris, vixit an. XL, | militavit an. XVIIII, de|functus in pugna sub Lu|cilio centurione inter | Aras et Vatari [1], | Rerriche Rustici Romani f., | Silicius L. fil. Felix matri et | fratri de sua inp.[2] fecit.

Lepti minore rep. (VIII 22899 Gauckler bull. du comité 1897 p. 380; vidit Merlin). — 1) *Locus Numidiae memoratus in tabula Peutingerana cf. supra N. 5836 not. Arae in ea regione non notae.* — 2) *Inpensa.*

9089 *(corona laurea; protome)* Sex. Sulpicius Sex. f. | Quir. Senilis mil. leg. | III Aug. 7 Caesoni, benef. | Tetti Iuliani [1] et Iavoleni | Prisci [2] leg. Aug., v. a. XXV, | mil. ann. VI, h. s. e. | M. Aurelius Candidus | *7* leg. III Aug. heres eius | posuit.

Theveste rep. a. 1908 (Piganiol mél. de l'École fr. de Rome 28, 1908 p. 342 imaginem). — 1) *Tettius Iulianus consul suffectus fuit a. 83 (cf. supra N. 1996 not. 4), legatus exercitus Africani putandus est fuisse paullo antea.* — 2) *De Iavoleno Prisco cf. supra N. 1015. Legatus exercitus Africani fuit a. 83, teste titulo Thigensi VIII 23165, munus hoc memorat etiam titulus Dalmaticus citatus.*

9090 Q. Etuvius Sex. f. | Vol. Capreolus[1] | domo Vienna | miles leg. IIII Scyt. ann. IIII, | eques ann. X, cent. ann. XXI, | praef. coh. II Thrac. in Germ. | ann. V, vixit ann. LX [2], t. f. i. | arbitratu | libertor. idemque heredum | vivi fec. patrono et sibi, | Ilus IIIIIvir, Erigonus, | Secundus, Illyricus, | Heracla.

Aquileiae in ruderibus mausolei rep. (Graillot Revue arch. 39, 1901 p. 436). — 1) *Alius homo eiusdem nominis, sed tribu Tromentina, Salonitanus, III S. 9052.* — 2) *Apparet Capreolum militem factum esse, cum esset annorum viginti.*

9091 d. m. | Aur. Vitalis veter. ex | mensore tritici [1] | leg. VII Cl. et Aurel. | Macedonia coniux | memoria vivi fabrikabimus | et, quod nescientes | accepimus, inviti reddidimus. | Tauta [2]. *(ab utraque parte: Genius).*

Viminacii (Kostolac) rep., est Požarevaz (Vulić oesterr. Jahresh. 12, 1909 Beibl. p. 154 imaginem). — 1) *Cf. supra N. 2423.* — 2) *Cf. N. 8105.*

9092[a] d. m. | Paulinae filiae | anno XII etati *(sic)* | infelicissime, Qu|ietius Secun|dus lib.[1] legati | et Secundinia | Paulo patres | f. c.

9092[b] Secundiniae | Paule, coniugi | incomparabili | et pientissime, | marito obse|quentissima *(sic)*, | Quietius Sec|undus b. f.[2] | legati.

Mogontiaci rep. a. 1898 (XIII 7003. 7004 vidit Domaszewski). — 1) *Librarius,* 2) *beneficiarius.*

9093 d. m.[1] | Augustaniae Cassiae Marciae | coniugi incomparabil. quae | vixit annos XXXIIII mens. XI dies | XIII, quaequae *(sic)* dum explesset fa|ti sui laborem, meliora sibi spe|rans vitam *(sic)* functa est, et | M. Ant. Augustanio Phileto filio | innocentiss., q. v. ann. III mens. VIII | dies X, cui dii nefandi parvvo *(sic)* cont[*r*]a | vot. genitor. vita privaverunt[2], | M. Ant. Basilides frum. leg. X Gem.[3] | coniugi et filio pientissimis. | Simplici, Urani[4], vobi|s terra levi! *(supra imago cymbae, in ea tres homines, in cymba scriptum)* Felix Itala[5].

Carnunti rep. a. 1908 (imaginem photographicam exhibuit Bormann). — 1) d. *a sinistra,* m. *a dextra.* — 2) *Expectaveris: vitam abstulerunt.* — 3) *Legio decima Gemina Vindobonae tendebat. Alium frumentarium eius legionis habes supra N. 2368.* — 4) *Signa ut videtur defunctorum.* — 5) *Secundi vocabuli lectio non omnino certa.*

9094 d. i. M.[1] | Aurelie Aureliani | a. n.[2] XXXV, et Bono fi. | a. n. X, quem mihi | [*fata*]lis[3] genesis | abstulit de scoa[4] | immerentem, et | Iuste filie, a. n. V, | que erat ingressa | atminestrare pa|rentibus, dulcissim|am aetate, Bonos|us Firmani imm|unis speclariarius[5] | leg. XIIII G., qui ipse | coniugi et filis suis | fecit.

Carnunti rep. a. 1908 (imaginem photographicam dedit Bormann). — 1) *Deis inferis Manibus.* — 2) *Annorum numero, vel: annos natae (punctum inter* a *et* n *certum).* — 3) *Supplementum non certum (nam plus quattuor litteris videtur periisse).* — 4) *Sic videtur incisum; scr.* de scola? — 5) *Specularios (a quibus speclariarii non videntur differre) inter milites graviorum munerum immunes recenset Tarrutenus Paternus libro primo militarium, Dig. 50, 6, 7 cf. supra N. 2437 not. 2; 2438 not. 6.*

9095 capsa|riorum[1] | [*leg. X*]IIII G.

Carnunti rep. a. 1904 (Bormann d. roem. Limes in Oesterr. fasc. 7, 1906, p. 134). — 1) *Cf. supra N. 2438 not. 6, infra N. 9182.*

9096 [*pr*]o felicitat. et incolumitat[*e* | *sa*]eculi domin. nnn. Auggg.[1] | [*L. Se*]ptimi Severi Pii Pertin. Aug. | [*et*] M. Aurel. Anton. Aug. | ⟨Par. Bri. Ger. max.⟩[2] Augg. | [*et*] Iuliae Aug. matr. Aug. ⟨n.⟩[3] cas[*t.*], | [*t*]ub.[4] leg. III Aug. p. v.[5], q. n. sub. [*s.*[6]: | *A*]ntonius Procul. op.[7], | [*V*]alerius Felix pr.[8] *(sequuntur alia nomina XXXVII, in his)* Iulius Datus, Pompeus Datus[9], [*I*]ulius Victor.[10] — [*Sc*]amnari[11] n.[12] dabun[*t col*|*le*]gae q. fac. fuer.[13] 𐆖 D[*CCL.* | *A*]nulari[14] n.[12] STITVIM.[15] ve[*tran.* | *m*]ission. accep.[16] in si[*ngul.* | 𐆖] D. Vel si qui de co[*llegis* | *p*]rofec. per . . ad.[17] ac[*c.* 𐆖 *D.* | *Ite*]m si qui de col. tr[*am. prof.*[18] | *cu*]m pers.[19] acc. viat. p[*ro. m.* 𐆖 *CC*].

Lambaesi rep. in castris legionis a. 1905 (descr. Cagnat ediditque Klio 7, 1907 p. 184). Tituli N. 9096—9100 accesserunt titulis collegiorum militarium Lambaesitanis supra N. 2354. 2397. 2438. 2445. VIII 18070; hic simillimus est titulo a cornicinibus legionis tertiae Augustae posito supra N. 2354. — 1) *Tertia* n *tertiaque* g *erasae, sed leguntur.* — 2) *Quae uncis inclusa sunt, intrusa sunt in locum nominis Getae erasi.* — 3) *Antea fuerat* Augg. *(deinde expectaveris*

et cast.). — 4) *Tubicines (supra N. 2354 cornicines, non cornicularios, intellegendos esse iam confirmatur).* — 5) *Piae vindicis.* — 6) *Quorum nomina subscripta sunt.* — 7) *Optio (similiter primo inter cornicines adscriptum est* op.). — 8) *Princeps (?)* — 9) *Duo hi redeunt inter duplarios legionis tertiae Augustae, qui anno 218 posuerunt titulum supra N. 470, adscripto* tub. — 10) *Idem ut videtur* C. Iul. Victo[r] tub. leg. III Aug. *VIII 2926.* — 11) *Haec et quae sequuntur valde similia sunt decretis (paullo antiquioribus, nisi fallor) cornicinum supra N. 2354.* — 12) *Nomine.* — 13) *Cf. supra N. 2354 not. 5.* — 14) *Cf. ibid. not. 11.* — 15) *Haec corrupta a quadratario; intellegendum esse: statuimus, coniecit Cagnat.* — 16) *Missione accepta (in titulo gemello N. 2354 comma hoc brevius).* — 17) *Profecerit per gradum? (Cagnat, dubitans).* — 18) *Si qui de collegis tramare proficiscetur.* — 19) *Quid subsit, incertum (lectio certa; etiam supra N. 2354 scriptum est — litteris* pe *contignatis —* cum pers., *non, ut editum erat,* cum pr. s.).

9097 impp. Caess. L. Septimio Severo Pio Pertinaci Arab. Adiab. et M. | Aurelio Antonino ⟨Britannico maximo⟩[1] Augg.[2] et Iuliae Aug. | matri Aug. ⟨n.⟩[3] et castr., dedic. Q. Anicio Fausto consulari[4], armorum | custodes[5] ob sollemnitatem decreverunt ex arca[6] sua veteranis qui de eodem collegio dimittentur | anulari n.[7] singulis ✻ millenos ⟨et quingenos⟩[8] et qui ad uberiorem locum se transtulerint sing. ✻ ⟨millenos⟩[9]. *(Sequuntur per paginas novem disposita nomina LXII[10])*

1.	2.	3.
Pomponius Privatus *(et alia nomina sex)*	Valerius Felix *(et alia nomina sex, in his):* Iul. Crescentianus[11]	Caecilius Rogatus Baebius Speratus[12] *(et alia nomina quinque)*
4.	**5.**	**6.**
Marius Domitian. *(et alia nomina sex, in his):* Figilius Felix[13]	Iulius Quintianus *(et alia nomina sex, in his):* Valerius Felix II[14]	Iulius Victor *(et alia nomina sex)*
7.	**8.**	**9.**
Vatinius Fabian. *(et alia nomina sex)*	Fabius Nampulus *(et alia nomina sex)*	Iul. Andromacus *(et alia nomina quinque)*

Dedic. Severo et Victo.[15]

Lambaesi in ruderibus castrorum legionis rep. a. 1901 loco antiquo (Cagnat Comptes rendus de l'Acad. des inscr. 1901 p. 629 seq.; Gsell bull. du Comité 1902 p. 323). — 1) *Quae uncis inclusa sunt, leguntur in litura, reposita in locum nominis Getae.* — 2) *Fuerat* Auggg., *in locum tertiae* g *substituta hedera.* — 3) *Cf. not. 1; fuerat* — 4) *Cf. supra N. 2438. Consularis recte dicitur* Augg. *in titulo posito anno 200 (vid. infra not. 15). Numidiae eum praefuisse usque in annum sequentem apparet ex VIII 10902.* — 5) *Scilicet legionis tertiae Augustae. Plane eodem loco, quo hic, repertus est titulus Minervae dedicatus pro salute Alexandri et matris eius et aviae ab armorum custodibus legionis tertiae Augustae (c. r. l. c. p. 631 seq.); in eodem lapide titulus ab iisdem Minervae dedicatus pro salute Gallieni. De armorum custodibus supra N. 2356 seq.* — 6) *Cf. supra N. 2397. 2438.* — 7) *Cf. supra N. 2438 not. 7.* — 8) et quingenos *postea supra lineam intrusum,* 9) millenos *restitutum in locum vocabuli vel numeri erasi. In*

titulo supra N. 2438 est postquam anno 1905 novum fragmentum ei accessit (Bull. Comité 1905 p. 229) fuit decreverunt . . . anulari n. singulis HS II *(= duo milia)* n. da[*re*]. — 10) *In titulo temporum Alexandri (not. 5) recensentur armorum custodes LXIV.* — 11) *C. Iulius Crescentianus redit inter exactos legionis infra N. 9100; eiusdem nominis veteranus legionis VIII 4522.* — 12) *Fortasse idem M. Baebius Speratus cornicularius praefecti legionis infra N. 9099.* — 13) *Idem supra N. 3063 (ubi pro* v. e. *scribendum* vet.*).* — 14) *Alius (sc. ut distingueretur a collega eiusdem nominis).* — 15) *A. 200.*

9098 [*Victoriae*[1] *Au*]ggg.[2] Arab. Adi[*ab. Parth.* | *max. pro in*c]olumitate domu[*s divinae* | *scholam cum im*]aginib. sacris fece[*r.* | *milites cons*]ecuti dupli stipend[*ii beneficium*[3] | *regressi*] de exp. fel. Mesopo[*tamica*[4] | *ad castra l*]eg. III Aug. p. v., quoru[*m nomina* | *s*]ubiecta sunt: — [*secundum*] legem schole | [*collegis*] priorib. 𐆖 C quaest[*or adnumerabit*][5] — [*L.*] Aemilius Cattianus cornic., L. . . . | [*pra*]ef., T. Flavius Surus actar.[6] . . .

Lambaesi rep. a. 1885, in castris legionis sine dubio, sed accuratius nil traditur (Cagnat mém. antiquaires de France LIV p. 35, idem postea contulit; Musée de Lambèse tab. V fig. 2 cf. p. 58 imaginem). — 1) *Cf. supra N. 365. 435. 436.* — 2) *Tertia g erasa, sed legitur.* — 3) *Conferendus est titulus supra N. 470 et ipse positus a duplariis legionis tertiae Augustae, post reditum de expeditione Orientali, sed anno 222.* — 4) *Cf. supra N. 1144.* — 5) *Haec litteris minoribus intrusa in spatium vacuum a sinistra et a dextra vocabulorum* [s]ubiecta sunt; *supplevit Domaszewskius collata N. 2445.* — 6) *Cf. infra N. 9100 not. 3.*

9099 schola[*m*[1] *cu*]m imaginibus | sacris [*ex larg*]issimis stipendiis | et liberalit[*a*]tib. quae in eos conferunt[2] | fecerunt officiales Aeli Saturnini | praef. leg. III Aug. p. v.: | [*M. Ba*]ebius Speratus cornicul.[3], | [*item librarii quor*]um nomina subiecta sunt, | [*ob quam sollemnit*]atem decreverunt anulari n. veteranis suis | [*et iis quicunque pr*]oficient singulis corniculario HS IIII m. n. | [*nulla dila*]tione facta numerari et libraris | [*HS* . . . . *m. n.*] . . .

Lambaesi rep. in castris legionis (Comptes rendus de l'Acad. des inscr. 1899 p. 58 praeter initia versuum 1—5, postea reperta; omnia vidit Cagnat). — 1) *Cf. N. 2445.* — 2) *Cf. N. 9100 not. 2.* — 3) *Idem cornicularius praefecti legionis est supra N. 2399.*

9100 tabularium legionis[1] cum imaginibus | domus divinae ex largissimis stipen|dis et liberalitatibus quae in eos | conferunt[2] fecerunt | L. Aemilius Cattianus cornicular.[3] et | T. Flavius Surus actarius[3], item librari | et exacti[4] leg. III Aug. p. v.[5], q. n.[6] subiecta sunt. | [*Ob q*]uam sollemnitatem decretum est, ut, si qui in locum corniculari legionis vel actari missi emeriti substitutus | fuerit, det ei in cuius locum substitutus est, anulari nomine 𐆖 ∞[7]; item si qui in locum cuiusque | librari substitutus fuerit, det scamnari nomine[8] collegis 𐆖 ∞, et si qui

ex eodem | collegio honestam missionem missus fuerit, accipiat a collegis anulari | nomine ⋇ DCCC[9]; item si qui ex collegis profecerit, accipiat ⋇ D[10].

(In pila sinistra) exacti: | C. Aponius Vitalis[11] | *(et alia nomina XIX, in his)* C. Iulius Crescentianus *(deinde)* ⟨L. Tonneius Martialis⟩[12] c.[13]

(In pila dextra) librari: | . . Cerellius Don[*atus*] | *(et alia nomina XXI).*

Lambaesi, in hemicyclio et pilis duabus, illud et pilarum sinistra rep. a. 1898 in castris legionis loco antiquo (Cagnat Comptes rendus de l'Acad. des inscr. 1898 p. 384. 385; Besnier mél. de l'école fr. de Rome 1898 p. 452. 455; pilam dextram iam vidit Wilmanns VIII 2560). — 1) *Apparet praeter tabularium principis (N. 2446), ita dictum quod eius curam agebat princeps, i. e. centurio legionis secundus, legioni fuisse alterum tabularium proprie dictum legionis.* — 2) *Similiter N. 2438. 2445. 9099.* — 3) *Idem cornicularius legionis idemque actarius, ut hunc titulum cum librariis et exactis, ita titulum N. 2445 una cum optionibus, alium titulum N. 9098 cum duplicariis legionis tertiae Augustae posuerunt.* — 4) *Titulum a librariis et exactis legionis secundae Parthicae, similiter una cum corniculario legionis et actario positum, habes supra N. 2398.* — 5) *Piae vindicis.* — 6) *Quorum nomina.* — 7) *Nota cornicularium legionis et actarium (i. e. Aemilium Cattianum et Flavium Surum) sibi pepigisse, ut discedentes a militia anularium denariorum mille acciperent a successore (non a collegio librariorum et exactorum).* — 8) *I. e. pro introitu, cf. supra N. 2354.* — 9) *Multo plus, denarios millenos et quingenos, anularii nomine accipiebant optiones (N. 2445) legionis tertiae Augustae cum militiam relinquerent, denarios millenos armorum custodes, sed quae summa postea aucta est (N. 9097); minores summae destinabantur veteranis collegiorum supra N. 2354. 2438.* — 10) *Similiter denarios quingenos accipiebant cornicines* 'si qui ex coll. amplio. grad. prof.' *(supra N. 2354 not. 12), millenos accipiebant (sed primum fortasse summam minorem) cum 'ad uberiorem locum se transtulerint' armorum custodes (N. 9097).* — 11) *Idem* C. Aponius Vitalis Tipas. exac. *recensetur in laterculo militum VIII 2567 inter milites cohortis tertiae loco tertio.* — 12) *Nomen in litura restitutum.* — 13) *Cerarius? Cf. supra N. 2425. 2426, ubi idem L. Tonneius Martialis modo cerarius legionis dicitur modo librarius.*

9101 Genio | tribuni|cial. | Q. Flavius | Balbus[1] | trib. lat.[2] | mil. leg. | III Aug. p. v.[3]

Lambaesi rep. a. 1897 (Besnier Mélanges de l'école fr. de Rome 1897 p. 450). In parte opposita legitur divo | Caro. — 1) *Flavius Balbus cum reliquis tribunis et Teltonio Marcello praefecto castrorum legionis tertiae Augustae (supra N. 4449) Getae Caesari posuit titulum VIII 18078, quem, non recte l. c. suppletum, feliciter tractavit Domaszewski Rangordnung des roem. Heers p. 130. 236. Idem homo ut videtur III 95. XIV 2576.* — 2) *Laticlavius.* — 3) *Piae vindicis.*

9102 Genio *7* | sacr. | T. Teren|tius Ma|ximus | optio[1] | fecit.

9102[a] [*Ge*]nio *7* | Marti Aug.[2] | sacrum | C. Apon. Sa|turn. op|tio[3] v. s. l. | a. | Fel.

9102[b] Genio *7* Augusto sac. | M. Magullius Rufus vetranus *(sic)* | leg. III Aug. votum solvit | laetus libens meritu[*s*] *(sic).*

Lambaesi inter rudera castrorum legionis rep. (vidit Cagnat, qui primam et tertiam edid. les camps de la légion à Lambèse p. 55, tertiae vidi ectypum). — 1) *Aliam aram Genio centuriae ab optione (legionis tertiae Augustae) dedicatam dedi supra N. 2443.* — 2) *Eodem modo inscripta alia ara quam edid. Cagnat l. c.* — 3) *Idem VIII 2554 d 10 inter optiones qui posuerunt titulum supra N. 2445*

9103 I. o. m. | sacr. | pro sal. Augg. | C. Iul. Catul|linus[1] mil. | leg. XIIII G. m. v., | cond. prat. | Fur.[2] lustr. | Nert. Cele|rini p. p.[3], | v. s. l. l. m. | kal. Oct. | imp. Anton. Aug. II et Geta | [*C*]aes. cos.[4]

Carnunti rep. a. 1899 (III 14356, 3ᵃ vidit Bormann, cf. Roem. Limes in Oesterr. II 142 seq.). — 1) *Idem miles eodem loco posuit titulum III 14356, 5ᶜ.* — 2) *Conductor prati Furiani. Conductor inter milites legionarios etiam in papyro Aegyptiaca nunc Genavae adservata anni p. Chr. 90 (Nicole et Morel Archives militaires du premier siècle cf. Premerstein Klio 3, 1903 p. 28 seq.).* — 3) *Lustro Nertii Celerini primipili. Apparet prata aliaque legionum territoria a primipilis, quibus censorium officium iniunctum erat, per singula lustra locata esse (Hirschfeld). 'Lustrum primipili' memoratur etiam in titulis Aquileiensibus supra N. 4222 et V 808 (cf. supra N. 4222 not. 2), in hoc praeterea 'lustrum principis', lustrum hastati videtur memorari in t. Viminaciensi III S. 8112 (supplevit Domaszewski Abh. z. roem. Religion p. 17).* — 4) *A. 205.*

9104 Libero, Liberae, | Fortunae, | Mercurio | lustro | Ansi Proculi | p. p.[1], | Ansius Arche|laus ex voto pos.

9104ᵃ Libero | patri et Li|berae | Dionysius | actor[2] | Brittic. | Crescen|tis p. p. v. s.

Carnunti rep. a. 1899 (III 14356, 5ᵃ. 5ᵇ vidit Bormann). — 1) *Cf. ad eam quae praecedit (not. 3).* — 2) *Actorem primipili legionis XXII Primigeniae habuimus supra N. 4615 (cf. Domaszewski Abh. z. roem. Religion p. 82. 134).*

9105 [*divus?*][1] Sept. Severus Pert. | [*Pius F*]elix Arab. Adiab. | [*Parth.*] Maximus et | [*imp. Caes. M.*] Aur. Antoninus Pius | [*Felix Au*]gustus cana|[*bas refec*]erunt leg. VII | [*Cl. A*]nt.[2] p. f.

Viminacii (Kostolac) rep. (III 14509 descr. Premerstein et Vulić oesterr. Jahresh. 3, 1900 Beibl. p. 117). — 1) *Sic suppleverunt primi editores, propter Antoninianae cognomen legioni septimae Claudiae piae fideli datam.* — 2) *Cf. not. 1.*

9106 M. Ulpio | Apolli|nari | praef. cast. | leg. XIII Gem., | conscribti[1] | et c. R. consist. | kan. leg. eiusd.[2], | ex pec. publ.

Apuli (Karlsburg) rep. a. 1909 (Jung Jahreshefte des oesterr. arch. Inst. Beibl. 12, 1910 p. 139). — 1) *Conscriptos hos decuriones vel magistros canabensium legionis decimae tertiae fuisse apparet.* — 2) *Cf. supra N. 2474 seq.*

9107 . . . .
. . . [*tri*]b. pot. . . . .[1]
[*in*] . . . . . m e m o r i a m   f o r tiss[*imorum virorum*
[*qui*] . . . . . p r o r e p. m o r t e o c c u b u [*erunt*[2]
. . . . [*c*]ol. Pomp.[3] domicil. Neapol. Ital.[4], prae[*f*.] . . . .[5]

(nomina militum, pleraque deperdita; supersunt post alia)	L. Valerius Sacer Vien.[10]	C. Blaesius Varro Aequ.
	L. Gavillius Primus Agrip.	. . . cius Atrect. Rom.
	L. Valerius Lunaris Iuva.	. . . . Capito Her.
. . . norius Priscus Cemen.[6]	C. Octavius Secundus For. Iul.	. . . . Nice.
. . osicius Secundus Polen.[7]	Sex. . . . . ius Clemen. Ceme.	. . . . cr.
. . . ius Priscus Hore.[8]	*(et multa alia)*	. . . .
. . . s Masculus Roma[9]		

(In alia tabula ad idem monumentum pertinente nomina militum formae plerumque peregrinae; inter ea nomina legitur) coh. II Bat.

(In alio frustulo eodem loco reperto) . . . . M. V . . . . . ., | sig. C. Iu . . . . ., | sig. T. Iu . . . . ., | sig. M. M . . . . . ., | sig. L. O . . . . . ., | sig. T. Ar . . . . ., | imag.[11] Q. Da . . . . ., | imag. M. A . . . . ., | imag. M. M . . . . ., | act. T . . . ., | op. P. M . . . . . ., | B. aci.[12] C. D . . . ., | B. acil.[12] C. Va . . . ., | har.[11] M. C . . . ., | tes.[11] . . . .

Adam-Klissi in regione Dobrudscha, ubi fuit civitas Tropaeum Traiani (cf. N. 8398. 9118) provinciae Moesiae inferioris (III 14214; Cichorius roem. Denkmäler in der Dobrudscha, Berol. 1904, p. 20. 21; frustulorum nonnullorum postea repertorum imagines photographicas Tocilescu misit Domaszewskio, hic mihi). — 1) *Nomen imperatoris qui monumentum fecit hoc loco fuisse apparet.* — 2) *Monumentum factum esse in memoriam militum occisorum in pugna contra Dacos temporibus Domitiani coniecit Cichorius; Traiani enim temporibus, quibus antea monumentum adtribuebatur, nullam certe in hac Moesiae parte tantam cladem a Romanis acceptam esse quantam numero et genere occisorum demonstretur. Postea Traianus hoc ipso loco tropaeum erexit, a quo locus nomen accepit et ad quod pertinuit titulus III S. 12467.* — 3) *Colonia Pompeiis (sic Cichor.,* . . pol. Pont. *priores).* — 4) *Cives Pompeiorum cladi anni 79 superstites vicinis oppidis videntur esse attributi.* — 5) praef. [*praet.*] *supplet Cichorius, cogitans de Cornelio Fusco, praefecto praetorio Domitiani victo et occiso a Dacis anno circiter 85. (Non sine causa contradixit Domaszewski rhein. Mus. 1905 p. 158, qui ait ex Tac. hist. 2, 86 colligi posse Cornelium Fuscum oriundum fuisse Vienna, non Pompeiis. Praeterea praefecti praetorio nomini domum adscriptum fuisse vix credi potest.)* — 6) *Cemenelo.* — 7) *Pollentia.* — 8) *Quod oppidum significetur, incertum.* — 9) *Milites in hac parte lapidis enumeratos praetorianos fuisse ex domibus eorum, plerisque Italicis, collegit Mommsen.* — 10) *Legionarii hi videntur fuise, scilicet oriundi plerique ex provinciis.* — 11) *Cf. Domaszewski Rangordnung des roem. Heers p. 197.* — 12) *Quid subsit, non perspicio.*

9108 [*legio VI F*]errata quae | [*hibernav*]it in Arm[*ẹ*]nia | [*maiore su*]b [*C*]n. Domitio | *Corbulon*]e[1] [*l*]eg. [*Neronis* | *Caesari*]s Aug. pro pr., | . . . . P. f. Sca. Aspro | [*primipil*]o[2] honor. caus. | [*Λεγεὼν ϛ' σι*]δηρᾶ παραχειμάσ[*ασα* | *ἐν Ἀρμενίᾳ τῇ μείζονι ὑ*]πὸ Ναΐον [*Δομέτιον Κορβούλωνα* . . .

Miletopoli (Melde) prope Cyzicum (Hasluck Journal of hell. stud. 27, 1907 p. 64 a Renjipéris quodam communicatam). Tractavit Domaszewski Philol. 1908

p. 6. — 1) *Cf. supra N. 232. —* 2) *Supplementum non certum. Quae causa fuerit, ut legio sexta Aspro illi praeterea ignoto loco illo Mysiae monumentum erexerit, latet.*

9109 leg. XIII G. et I Adi.[1]

Tegulae, cuius duo innotuerunt exempla, alterum Apuli, alterum, incertae originis, servatur Bukaresti (III 8062 = 1628 vidit Domaszewski; Téglás Herm. 44, 1909 p. 620). — 1) *Sic fere (in fine* AƆI*) in exemplo Bukarestensi legit Domasz.;* LEG XIII GE ET AƆI *lectum est in exemplo Apulensi. Legionem decimam tertiam Geminam castra habuisse Apuli notum est (cf. supra N. 2042. 2300 cet. 3736); una cum ea vexillarios legionis primae Adiutricis aliquando Apuli fuisse ex his tegulis apparet (cf. Mommsen ad III 1628; Téglás l. c.).*

9110 leg. IIII Fl.[1] Cu[*ppis*][2].

Tegula rep. Islas ad Danuvium (III 13815[a] misit Neudeck). — 1) *De hac legione Moesiae superioris cf. supra N. 2086. 2292 cet. —* 2) *De Cuppis vico Moesiae superioris cf. Corp. III p. 1447.*

9111 l. V M. Oes.[1]

Tegula rep. Celeiu ad Danuvium, est Bucaresti (III 8068[b] vidit Domaszewski). Gemella item Bucaresti adservata III 8068[a]. Tertia, ex qua ... MOEƧ *tantum superfuit reperta Bešli prope Gigen (III 12523). —* 1) *Legionis quintae Macedonicae, Oesci (sic Vulič Klio 1908 p. 130; priores legerant* Moes.*). Tegulae sunt eius temporis, quo legio quinta Macedonica ex Dacia in Moesiam sive potius Daciam ripensem translata erat (cf. Filow die Legionen der Provinz Moesia p. 82).*

9112 [*leg. XI*] Cl. f. Tram.[1]

Tegula, Kadi Köi (cf. infra N. 9118) rep. (III 12526 misit Skorpil). — 1) *Transmariscae. De Transmarisco castello cf. Corp. III p. 997.*

9113 l. XIII G. Rat.[1]

Tegula, Ratiariae (cf. supra N. 7176) rep. (III S. 14597[4] edid. Dobruský). — 1) *Amissa Dacia legio decima tertia Gemina videtur esse translata Ratiariam Moesiae (cf. Momms. C. III p. 1020).*

9114 vexillus | leg. II Aug.

Neumagen rep. (E. Krüger Westd. Korresp.-Bl. 1906 p. 78).

9305 *(Mercurius caduceum, Rosmerta patellam tenens)* deo Mercu. | et Rosmer.[1] | M. Adiuto|rius Mem|mor[2] d. c. St.[3] | ex voto | [*v.*] s. l. m.

Eisenberg in Palatinatu rep., est Spirae (Domaszewski et Finke Fortschritte der roem.-germ. Forschung 1906/7, Inschr. n. 108). — 1) *Cf. N. 4609 seq.* — 2) *Scr.* Memor. — 3) *Idem decurio civitatis nescio cuius eodem loco posuit titulum ib. n. 110.*

9306 Apollini Granno[1] | donum Amillius | Constans praef. templi | ipsius | v. s. l. l. m.

In Sueciae provincia Westmanland in tumulo quodam prope Tycklinge rep., est Stockholmiae (XIII 10036, 60; imaginem dedit H. Willers die römischen Bronzeeimer von Hemmoor 1901 p. 119). Vas olim in templo quodam, fortasse Rhenano, positum a Germanis raptum esse videtur (Bohn). — 1) *Cf. supra N. 4646 seq.*

9307 Aug. sac.[1] | deo Apollin[*i*] | Moritasgo, | Catianus | Oxtai *(ab utraque parte: delphinus).*

Alesiae (Mont-Auxois) rep. (Espérandieu bull. du Comité 1910 Iun. p. II). Alia quoque inscriptio Apollinis Moritasgi nuper eodem loco prodiit (cf. l. c. p. III). Cf. praeterea supra N. 4682. — 1) *Cf. N. 4547. 4555 cet.*

9308 Aug. sac. | deo An|vallo Nor|baneius | Thallus | gutuater[1] | d. s. l. m.

9309 Aug. sacr. | deo Anvallo[2] | C. Secund. Vi|talis Appa | gutuater d. | s. p. ex voto.

Autun rep. (Bulliot mémoires de la société éduenne 28, 1900 p. 353. 356 cum tab.; Hirschfeld vidit ectypa). — 1) *Cf. supra N. 7042. 7045 (not. 2).* — 2) *Sic hic quoque potius quam* Anvalo, *ut legit primus editor.*

9310 Ogl.[1] Aug. sac. | Ateuritus[2] | seplas.[3] v. s. l. m.

Parisiis apud negotiantem rerum antiquarum descripsit S. de Ricci, reperta dicitur in agro Remorum, basis aenea (S. de Ricci Revue celtique 1909 p. 268 tab.). — 1) *Deus praeterea ignotus.* — 2) *Idem nomen XIII 656 et alibi.* — 3) *Seplasiarius.*

9311 Tertius Tin|corigis f. Se|gomannae[1] | v. s. l. m.

Serviers-et-Labaume prope Ucetiam (Uzès) Galliae Narbonensis rep., nunc Nemausi in museo (Ulysse Dumas Bull. du Comité 1906 p. LIX; vidi ipse). — 1) *Conferenda haec dea cum Segomone vel Marte Segomone supra N. 4537 seq.*

9312 deae Sequanae | Hilariclus Cl. | Aviti servos | pro Hilariano | filio posuit, | v. s. l. m.

In vici Salmaise (Côte d'Or) ecclesia, fortasse a 'Fontibus Sequanae' (cf. C. XIII 2858 seq.) ablata (Villefosse bull. des antiquaires 1906 p. 310 acceptam a Truchis).

9313 *(pedes duo statuae ut videtur muliebris)* [*n*]um. Aug.[1] d.[2] Soucon[*ae*[3] | *Di*]vixtus Silani f[*il.*]

Prope vicum Sagonne (dép. Cher, canton Sancoins), territorii ut videtur

Biturigum, rep. (Revue épigr. vol. IV fasc. 106, Iul.-Sept. 1902 p. 265 n. 1508 cum imagine tab. XVII). — 1) *Cf. N. 4538 cet.* — 2) *Deae (sic potius quam: deo).* — 3) *Souconae nomen praeterea ignotum: ab eo ductum sine dubio nomen vici Sagonne. (Sauconna fluvii Araris, qui sane longe distat, nomen alterum quod postea invaluit, Ammian. 15, 11, 17 cet.)*

9314 Aug. sacr. | deae Tem|usioni, | Ianuar|is | Veri fil. | ex voto | v. s. l. m.

Saint-Marcel-lès-Chalon, prope Cavillonum (Chalon s. Saône), rep., basis parva ahenea (Villefosse comptes rendus de l'Académie des inscr. 1901 p. 107 ad ectypum acceptum a Lex; Arcelin mém. de la société hist. de Chalon-sur-Saône 28, 1901 p. 300 tab. XX).

9315 deo Ucueti[1] | et Bergusiae[2] | Remus Primi fil. | donavit | v. s. l. m.

Alesiae rep., vas aeneum (Villefosse comptes rendus de l'Acad. des inscr. 1908 p. 499). — 1) *Eidem deo dedicatus est titulus eodem loco repertus, lingua Gallica scriptus, XIII 2880* (Martialis Dannotali ieuru Ucuete *cet.*). — 2) *Nomen fontis putat Iullian Revue des étud. anc. 1908 p. 453.*

9316 *(anaglyphi reliquiae)* deo An[*t*]enocitico[1] | sacru[*m*], | coh. I Va[*ngionum*][2] | quib. p[*raeest* . .

Benwell (ibi ubi N. 4828) rep., est Newcastle (Eph. ep. 9, 1164 vidit Haverfield; imaginem Archaeologia Aeliana 25, 1904 p. VIII). — 1) *Cf. supra N. 4714. 4715.* — 2) *Sic vel* Va[*rdullorum*] *supplendum. De illa cohorte cf. N. 2618, de hac N. 2557. 4234.*

9317 deae Nymphae Brig.[1] | quod [*vo*]verat pro | salute [*e*]t [*in*]co[*l*]umitate[2] | dom. nostr. invic. | imp. M. Aurel. Severi | Antonini Pii Felic. | Aug. totiusque do|mus divinae eius | M. Cocceius Nigrinus | [*pr*]oc. Aug. n. devo[*tissim*]us num[*ini* | *maies*]tatique eius v. [*s.*] l. m.

Naworth prope vallum Hadriani Britannicum, accurate de loco ubi inventa sit, non constat (VII 875 cf. Eph. ep. 9 p. 604 ter ut videtur descripta saec. XVII ineunte). — 1) *Cf. supra N. 4717—4720.* — 2) *Eo ducunt apographa sane variantia, ex quibus apparet multitudine litterarum contignatarum lectionem impeditam fuisse. Plautillae nomen coniectura introduxit Camdenus, idque in omnes editiones irrepsit; veram lectionem restituit Haverfield.*

9318 Iovi aeterno | Dolicheno | et Caelesti | Brigantiae | et Saluti | C. Iulius Ap|olinaris[1] | 7 leg. VI[2] ius. de.[3] *(in latere: Genius cum cornu copiae et ara; in altero latere: Cupido uvas tenens).*

Corstopiti (Corbridge on Tyne) rep. (Eph. ep. 9, 1141 vidit Haverfield). — 1) *Nomen dedicantis et ea quae sequuntur scriptum rasura (fortasse ara primum ab alio dedicata erat).* — 2) *Centurio legionis sextae (Victricis).* — 3) *Iussu dei (Hirschf.), vel: iussus dedicavit.*

9319 Gantuni[*s*][1] | Flossia Pat[*e*]|rna et Iu[*s*]|t . . .
Köln (XIII 8218 vidit Domaszewski). — 1) *Cf. infra N. 9448.*

9320 . . . s m.[1] | leg. XXI Rapa. | Domesticis[2] | v. s. l. l. m.
Mogontiaci rep. a. 1909 (Koerber Roem.-germ. Korresp.-Bl. 1910 p. 54). — 1) *Miles. —* 2) *Cf. supra N. 4766. 4779. 4780.*

9321 Sule[*v*]is[1] do|mest[*i*]cis su|is[2] Fab[*i*] Ianua|rius [*et*] Bella|tor [*et*] Iullus | l. m.
Köln rep. (Riese Westd. Korresp.-Bl. 1906 p. 180). — 1) *Cf. N. 4774. 4778 cet. —* 2) *Cf. N. 9320. 9322.*

9322 T. Cr. Paettusi|us[1] | et Cr. Magi|us | Suleis suis | v. s. l. m.
Solothurn rep. a. 1909 (Jahrb. d. arch. Inst., Anz. 1910 p. 357; nobis descr. Bohn). — 1) *Idem homo eodem loco Apollini dedicavit templum C. XIII 5169.*

9323 Sulevis[1] so|roribus L. | Gallionius Ianuar. | dec. al. I Cannanef. | v. s. l. l. m.
Ladenburg rep. a. 1906, est Mannheim (Haug apud E. Wagnerum Funde in Baden II p. 231; descr. Finke). — 1) *Cf. N. 4772 seq.*

9324 Alaferhuiab[*us*] . . . . | Severus pro s[*e et suis imp.*] | ipsaru[*m*].
Altdorf (prope Jülich) rep. (Lehner Ann. Bonn. 117, 1908 p. 365).

9325 Matr[*onis*] | Almav[*iahe*]|nis[1] L. C . . . .

9326 *(Matronarum sedentium particulae supersunt)* Matro[*nis*] | Amnesa[*bus*] | Sex. Alban[*ius*] | Valen[*s*] | pro se et suis i[*mp*. . .
Thorr (inter Jülich et Köln) rep., nunc Bonnae (Lehner Westd. Korr.-Bl. 1906 p. 100. 145). Idem locus etiam alias Matronarum aras dedit, eaeque omnes diversis cognominibus distinctae sunt, cf. Lehner l. c. p. 105 seq. — 1) Matribu[*s*] Almahabu[*s*] *dedicatus est titulus agri Aquisextiensis XII 330.*

9327 *(deae tres sedentes)* Matronis | Aufaniabus[1] | M. Pettronius *(sic)* Pat|roclus B cos.[2] itera|ta statione[3] v. | s. l. m.

9328 Matroni[*s*] | Aufaniabus | C. Summius Ag|restis b. f. Nov[*i*] | Prisci[4] legati | . . . . *(in latere dextro: cornu copiae).*

9329 *(trium Matronarum pedes supersunt)* Matribus Aufanis | Nepotinius | Nepotianus | b. f. cos.[2] pro se et | suis v. s. l. m. | Albino et Maxi|mo cos.[5]

9330 *(Matronae tres sedentes)* deabus | Aufanis | pro salute invicti | Antonini Aug. | M. Aurelius Agripinus | b. f. cos.[2] | v. s. l. m.
Nettersheim in Eiflia rep. (Lehner Bonner Jahrb. 119, 1910 p. 307—311 n. 1. 3. 6. 5 cum imaginibus primae et tertiae tab. 25, 2. 1. — 1) *Cf. supra*

N. 4794 seq. — 2) *Beneficiarius consularis. Antea eodem loco prodiit XIII 7826, et ipsa fortasse a beneficiario posita (v. Domaszewski Westd. Zeitschr. 21, 1902 p. 195 not. 269).* — 3) *Cf. III 3949:* iter. stat. hab. — 4) *Fortasse idem qui supra N. 8976, consul a. 152 p. Chr. Legatum eum fuisse in Germania inferiore nondum notum erat.* — 5) *A. 227.*

9331 Matronis | Berhuiahenis | Q. Acilius | Verus | dec. c. C. A. A.[1] | [*pr*]o se et suis | [*v.*] s. l. m.

9332 [*Be*]rguiah|enis I. M. M. | Severinius | i[*u*]s[*s*]u[*s p.?*]

Gereonsweiler (prope Jülich) rep. (Behr Westd. Korresp.-Bl. 1906 p. 162. 163; hanc Bonnae vidit Finke). — 1) *Decurio coloniae Claudiae Augustae Agrippinensis.*

9333 numinibus | Augg. | Matri deum | et Matronis | Saluennis | T. Romanius | Mercator | ex voto.

Moutiers (in Alpibus Graiis) rep. (Revue épigr. vol. 5, fasc. 110/111, 1903 p. 37 n. 1548 descriptam a Borrel).

9334[a] Matris [*Vic*]tricibus[1] | [*v.*] s. [*l.*] m. | Niger C. Satri Sili | cellariu[*s*] Anariate[2], | d. d.

9334[b] Matris Victric[*ibus*] | N[*iger*].

9334[c] [*Matri*]s Victricibus Niger.

9334[d] . . . . . Niger C. S. S.[3] d. s. d.

9334[e] [*Matris Victricibus?*] . . . . t XIIII k. M . . . | . . . an . . . to cos. N[*iger* . . | . . . *d*]edit

Allan (Drôme), in Vocontiis ut videtur, rep., iam Montélimar, fragmenta tabularum multarum (Espérandieu revue épigraphique V, fasc. 109, 1906 p. 179 seq. n. 1643. 1646. 1642. 1650. 1651). Omisi fragmenta alia minora eiusdem generis. — 1) *Espérandieu l. c. p. 183 confert Fata Victricia (tria) in nummis Diocletiani et Maximiani repraesentata.* — 2) *Nomen loci sine dubio ubi hae inscriptiones steterunt.* — 3) *C. Satri Sili.*

9335 Badonib. | reginis | Sextia Au|gustina | ex voto.

Apuli rep. (III S. 14471 = Jung oesterr. Jahreshefte 1900 Beibl. p. 186).

9336 Iovi Py|nino[1] e|x voto | G. I. P. | v. s. l. l.

In summo monte Poenino (Grand-Saint-Bernard) in area templi Iovis (ibi ubi N. 4850[a] — 4850[f]), rep., brattea argentea, servatur in coenobio (Ferrero bull. des antiquaires de France 1904 p. 181, vidi ipse). — 1) *Sic male scriptum pro* Poen-.

Catalogus auguriorum.

9337 auguria:
maximum quo salus p. R. petitur[1]
quod actum est
L. Aelio Lamia M. Servilio cos. *p. Chr. 3*
L. Pomponio Flacco C. Caelio cos. *p. Chr. 17*

[*minora*] quae acta sunt
[*C. Caesa*]re L. Aemilio Paullo cos. *p. Chr. 1*
[*P. Vini*]cio P. Alfeno Varo cos. *p. Chr. 2*
[*M. Fur*]io Camillo Sex. Nonio Quinctiliano cos. *p. Chr. 8*
[*Germ*]anico Caesare C. Fonteio Capitone cos. *p. Chr. 12*
[*C. Cael*]io L. Pomponio Flacco cos. *p. Chr. 17*

Romae, in latere cippi reperti sub Capitolio 'a capo di via Marforio' (Pasqui Notizie degli scavi 1910 p. 133; Costa bull. arch. comunale di Roma 1910 p. 119 seq. cum commentario). Cippus potest in locum illum, quo repertus est, cecidisse vel adlatus esse ex arce Capitolina, in qua fuit auguraculum. Titulum uno tenore perscriptum esse, scilicet anno p. Chr. 17, ait Costa p. 120. — 1) *Significatur augurium Salutis (Dio 37, 24: τὸ οἰώνισμα τὸ τῆς ὑγιείας ὠνομασμένον .... τοῦτο δὲ μαντείας τις τρόπος ἐστί, πύστιν τινὰ ἔχων εἰ ἐπιτρέπει σφίσιν ὁ θεὸς ὑγίειαν τῷ δήμῳ αἰτῆσαι), aliquando quotannis fieri solitum, nisi bellum obstabat (ἐτελεῖτο κατ' ἔτος ἡμέρᾳ, ἐν ᾗ μηδὲν στρατόπεδον μήτε ἐπὶ πόλεμον ἐξῄει μήτ' ἀντιπαρετάττετό τισι μήτε ἐμάχετο), sed diu intermissum, revocatum ab Augusto post pugnam Actiacam (Dio 51, 20; Suet. Aug. 31) et post aliam interruptionem (annorum quinque et viginti, si verus est numerus in codice Taciti scriptus) a Claudio anno p. Chr. 49 (Tac. ann. 12, 23). Cur annis potissimum p. Chr. 3 et 17 auguria haec facta sint, non perspicitur; nec magis quomodo cum maximis his auguriis coniuncta fuerint minora inferiore loco perscripta. Fortasse eiusdem generis fuerunt et eodem pertinebant, sed minus perfecta erant minusque valida credebantur; παγχαλεπὸν ἦν καθαρὰν ἀπὸ πάντων αὐτῶν ἡμέραν ἀκριβῶς τηρῆσαι ait Dio 37, 24, de addubitato Salutis augurio loquitur Cicero de div. 1, 47, 105. Ceterum cf. Serv. ad Aen. 12, 176 precationem maximam in auguriis a nescio quibus precationibus minoribus distinguentem; item Festum p. 161, 20: 'in Salutis augurio praetores maiores et minores appellantur'.*

Fasti sacerdotum populi Romani.

9338 *1.*

. . . . a r i o s c . . . . .[1]
exau]gurat.[2] decur[*ia* . .[4]
. . . Lentul. cos.[3] C. Marcius C. f. Rutilus[5] c[*ooptatus*
p. R. c. a]n. X . . . M. Valerio M. f. Corvin[*o Q. Apuleio cos.* *a. u. c. 454 Varr.*
post R. c.[6] an. CCC[*CLIII*[7]
Q. Mam]ilius Q. f. Turrinu[*s*[8] *cooptatus*

.. *Corn*]elio P. f. Sci[*pione, ... cos.*[9]
[*post R. c. an....*

2.

Sp. Postu]mius A. f. P. nepos Albus [*Regillensis*[10] *cooptatus*
L. L]ucretio T. f. Tricipitino, T. V[*eturio Gemino cos.*] *a. u. c. 292 Varr.*
post R. c. an. CCLXX[*XXI*].
.. *Ser*]vilius P. f.[11] [*cooptatus*]
A]grippa Menen. T. f. Lanato, T. Q[*uinctio Capitolino cos.*] *a. u. c. 315 Varr.*
post R. c. an. CCCX[*IIII*].
........us Q. f. P. nepos Fu...[12] [*cooptatus*
Q. Sulpicio .. f...] n. Longo, Q. [*Fabio Ambusto tr. mil.*[13] *a. u. c. 364 Varr.?*
[*post R. c. an. CCCLXIII*].

3.

.... *cooptatus*]
[*Q. Pompeio Rufo*]
L.] Cornelio L. f. Sulla [*cos.,*] *a. u. c. 666 Varr.*
post R. c. an. DC[*LXV.*]
L. Sempronius L. f. Atra[*tinus*[14] *cooptatus*]
Cn. Domitio M. f. Ca[*lvino II*],
C. Asinio Cn. f. Pollion[*e cos.,*] *a. u. c. 714 Varr.*
L. Cornelio L. f. Balbo, P. Ca[*nidio P. f. Crasso suf.*[15],]
post R. c. an. DCCX[*III*].
P. Petronius P. f.[16] [*cooptatus*]
Q. Caecilio Cretico Me[*tello A. Licinio Nerva Siliano cos.* *a. u. c. 760 Varr.*
post R. c. an. DCC[*LVIIII*].

decuria II[17]:

M. Cornelius M. [*f.*][18]...

4.

. . . .

M. Aemilius Sca]urus[19] [*cooptatus*
Q. Caecilio] Metello et[20] Qu[*inctio Flaminino cos.,* *a. u. c. 631 Varr.*
post R. c.] an. DCXXIIX.[21]
L. Cornelius Scip]io Asiagenes[22] [*cooptatus*
L. Cornelio L. f. S]ulla Q. Pom[*peio Q. f. Rufo cos.* *a. u. c. 666 Varr.*
post R. c. a]n. DCLX[*V.*

Romae rep. in foro prope Regiam (nisi quod de 2 non constat ubi repertum sit), fragmenta eiusdem ut videtur albi sacerdotum, augurum fortasse, cf. not. 14. 19 (primum tractavit Huelsen Klio 2, 1902 p. 275, secundum idem oesterr. Jahreshefte 13, 1910 p. 254; tertium quartumque habes C. I. L. I ed. 2 p. 60). — 1) *Haec supersunt ex praescriptione, quae quomodo concepta fuerit, plane incertum est.* —

2) *Cf. supra N. 5024 (not. 6).* — 3) *Annus inc. (Lentuli consules multi reperiuntur inde ab a. u. c. 427).* — 4) *In decurias distributum erat collegium; et videntur in hoc quoque collegio, ut etiam in sodalibus Augustalibus (supra N. 5025) tot decuriae fuisse quot homines. Apparet autem hanc decuriam, quippe quae coeperit a C. Marcio Rutilo, non fuisse ex antiquissimis, sed institutam a. u. c. 454, quo anno pontificum et augurum numerus auctus est, primumque inter pontifices et augures plebeii recepti sunt, novorum pontificum unus fuit C. Marcius Rutilus, inter novos augures C. Marcius (Liv. 10, 9, 2), ab illo non diversus, vel filius eius.* — 5) *Cf. not. 4.* — 6) *Post Romam conditam.* — 7) *Aera Capitolina (cf. supra N. 466 not. 4).* — 8) *C. Mamilius Q. f. Q. n. Turrinus consul fuit a. 515; sed propter intervallum nimis magnum pater potius eius videtur significari.* — 9) *Videtur significari unus ex Scipionum consulatibus a. u. c. 494. 495. 500; sed in praenomine patris videtur erratum esse.* — 10) *Consul a. u. a. 288 (fasti Capitol.).* — 11) *Fortasse Q. Servilius P. f. Sp. n. Priscus 'Fidenas' dictator a. 319 et a. 336 (C. I. L. I ed. 2 p. 17). Sed mirum avi praenomen ipsiusque cognomen omissum esse.* — 12) *Nomen quale fuerit non apparet.* — 13) *Supplementum (Huelseni) non certum.* — 14) *Consul a. u. c. 720, augur dictus in nummis; propterea Borghesius hoc fragmentum auguribus attribuit.* — 15) *Consules suffecti hi noti etiam ex fastis Colotianis et Biondianis (C. I. L. I ed. 2 p. 64. 65).* — 16) *Cf. Prosopogr. imp. Rom. III p. 26 n. 198.* — 17) *Quae praecedunt, ad decuriam primam pertinuerunt; incipit decuria secunda. Apparet hoc album lapidi incisum esse ultimis Augusti temporibus.* — 18) *Fortasse M. Cornelius Maluginensis, decemvir legibus scribendis, antiquissimus Corneliorum quorum aliqua certa memoria extat.* — 19) *Est Scaurus consul a. u. c. 639, quem et augurem fuisse constat (Ascon. p. 18) et obiisse paullo ante a. u. c. 666 (Ascon. p. 20; Plut. Sull. 33 cf. 6), quo anno in locum eius auguris alius cooptatus est.* — 20) *Debuit esse* T *(pro* ET), 21) *item* DCXXX. — 22) *Consul a. u. c. 671; de eo cf. Münzer P. W. IV 1483.*

9339 .. *Cornel*]ius Dolabella[1] [*loco* ....
M. Asini]us Marcellus[2] lo[*co* .....
D. Torqu]atus Silanus[3] [*loco* ....
.. *Iuni*]us Silanus[4] lo[*co* ......
[*C. Caesa*]re III cos.[5]
Cn. Pomp]eius Magnus[6] [*loco* ....

Romae rep. in Aventino, inaedificata ecclesiae S. Sabae (Gatti Notizie degli scavi 1902 p. 357). Tractavit Mommsen Herm. 38, 1903 p. 125. Superesse ex albo saliorum recte ut videtur coniecit Mommsen. Ex eodem albo videtur superesse VI 2002. Albi saliorum Palatinorum fragmenta habemus complura, unum ex iis vide supra N. 5024. Primi versus supersunt ex cooptationibus anni alicuius annum p. Chr. 40 proxime praecedentis (not. 5), fortasse anni 37. — 1) *Fortasse P. Cornelii Dolabellae consulis a. p. Chr. 10 (supra N. 978. 5953) filius (praeterea ignotus) vel nepos (cf. Prosopogr. imp. Rom. I p. 444 n. 1090).* — 2) *Consul a. p. Chr. 54 (Prosopogr. I p. 162 n. 1019).* — 3) *Consul a. p. Chr. 53 (ib. II p. 249 n. 558).* — 4) *De genero Claudii L. Iunio Silano (Prosopogr. II p. 249 n. 559) cogitavit Mommsen, puero etiamtum.* — 5) *A. 40, cuius anni initio solus C. Caesar fasces tenuit.* — 6) *Cf. supra N. 995.*

CAPVT XII.

TITVLI PERTINENTES AD LVDOS

(Addenda ad vol. II p. 289—345 N. 5051—5316).

9340

. . . .
. . . proc. qui provin-
. . . nes[1] ut cuiusq. of-
. . . m viae curator aut
. . . m classis praetori-
. . . . mercedis gladi-
. . . iae quae ob hanc
. . . *a*]utem quintam
. . . . adimi istam[2]
. . . .

. . . . am agunt annuu[*m* . . .
pretia cohibuisse, nos senos his ce . . .
genus digladiantium, trincos[3] eos . . .
mnatur. Verum, uti aliut aput alios . . .
trincos dimicare, is dies religioni . . .
commitatur, pretia, quantum volu[*erint* . . .
facient. Nam procurator noster[4] p . . .
fiat. Lanista autem pro trinquo n . .
. . .[5] ius adque vitae. Nunc uti prin[*cipio* . . .
. . . .

Sardibus (Keil et v. Premerstein Reise in Lydien 1906 n. 26). Supersunt haec ex oratione Marci et Commodi de minuendis sumptibus ludorum gladiatoriorum. Ad eandem rem pertinebat senatus consultum servatum in aere Italicensi supra N. 5163. — 1) Qui provin[*ciis praesidebunt — trans Padum autem perque omnes Italiae regio*]nes *(sic supplendum ex senatus consulto supra N. 5163 v. 42; similiter deinceps).* — 2) *Haec et quae sequuntur (tota pars dextra) absunt ab aere Italicensi l. c.* — 3) *Trincus vel trinquus quid sit, ignoratur* (θριγκός = *cancelli, clathri?).* — 4) *Apparet loqui imperatores.* — 5) *Necis?*

9341 C. Futius | Hyacinthus | doct. opl.[1] ‖ Futia C. l. | Philura | fecit.

9342 C. Futius C. l. | Philargyrus | doc. v́el.[2]

Romae rep., ante portam Salariam ut videtur, tabella duae, iam Baltimore (Harry Langford Wilson Americ. journ. of phil. 1909 p. 170. 169). — 1) *Cf. supra N. 5099.* — 2) *Doctor velitum* (v́el. *sine dubio errore positum pro* vĕl.). *Gladiatores velites supra N. 5083ª (not. 16); cf. Friedländer Sittengesch. II⁵ 486.*

9343 Smara|gido[1] mu|rmilloni | oiplomaca[2] | n.[3] Gadit[*a*]no, | fecit coniu.

Brixiae (Patroni Notizie degli scavi 1907 p. 720). — 1) *Smaragdo.* — 2) *Hoplomachae.* — 3) *Natione.*

9344 memoriae | Ruphfi[1] natione Greco | Mylasei choraule[2] | qui vixit annos | XVI, Dionysius | Asclepiades nati|one Alexandri|nus parens, item | Atheneus[3], benem[*e*]|renti de suo.

Coloniae Agrippinae (XIII 8343 vidit Domaszewski). — 1) *Sic legit Dom. litteras contignatas.* — 2) *Cf. supra N. 5232. 5234 seq.* — 3) *Ὁ καὶ Ἀθηναῖος (?).*

9345 Ode | C. Cassi | symphoniaci[1] | vixi *(sic)* an. XIIX, | Moschion | contu[*bern*]ali | . . .

Romae (VI 23369 vidit Zangemeister). — 1) *Cf. supra N. 5255 seq.*

9346 delicius Matris Matutae[1], | VI reg.[2]
Eucerus hic situs est | Auletio[3] cantor[4] ubique |
. . [*ti*]tulum fecit Iulius | . . . ilius papati[5] suo.

Romae rep. extra portam Salariam (Egbert supplementary papers of the Americ. School of class. stud. in Rome II 1908 p. 270). — 1) *'Delicius' (sic etiam VI 800. 25375) Matris Matutae fortasse ideo dictus, quod circa templum eius deae artem suam exhibebat, adventoribus eius templi ipsique deae dilectus. Ceterum templum Matris Matutae urbanum, situm in foro boario, a sexta regione urbis longe aberat.* — 2) *Sextae regionis.* — 3) *Agnomen ut videtur Eucaeri, qui fortasse etiam αὐλητής fuit.* — 4) *Cf. supra N. 5253.* — 5) *Cf. supra N. 1836. 8545. Alumnus fuerat Eucaeri.*

9347 Thelxis[1] Cottia; v.[2], Chelys[1] Cottiae, | sorores gemellae amantissimae, | cantrices, cárae utraeque suei[*s*].

Romae extra portam Salariam ut dicebatur rep., est Baltimore (Harry Langford Wilson American journal of philology 1910 p. 32). — 1) *Nota nomina Thelxidis et Chelyis, cantricibus valde convenientia (hoc etiam VI 5014. 19365).* — 2) *Viva.*

9348 Hyla agitator panni[1] | Veneti, vix. ann. XXV, | biga pueril. vic. VII, quadr. | XXI, revocat.[2] III, secundas | XXXIX, tertias XLI.

Romae extra portam Salariam ut dicebatur rep. (Olcott American journal of archaeology 1906 p. 157; Gatti bull. arch. comunale 1907 p. 357). — 1) *Cf. N. 5312.* — 2) *Cf. N. 5278 not. 4.*

9349 Druso Caesar[*e*] | C. Norbano Flacco [*co*]s.[1], | Menander[2] C. Comini Macri[3] | et C. Corneli Crispi, bigarius vincit | ludis Mart.[4] q. f.[5] cos.[6] eq.[7] Basilisco, Rustico; | ludis Victor. Caesar.[8] q. f.[5] P. Cornelius Scip.[9], | Q. Pompeius Macer[10] pr. eq.[7] Histro, Corace[11].

Romae extra portam Salariam ut dicebatur rep. (Van Buren American journal of archaeology 1907 p. 180 cum imagine p. 179; cf. Cantarelli bull. arch. comunale 1908 p. 61). — 1) *A. 15.* — 2) *Menandrum agitatorem memoratum supra N. 5313 putat Cantarelli, dubito num recte.* — 3) *Fortasse idem C. Cominius Tac. ann. 4, 31.* — 4) *Cf. Mommsen C. I. L. I ed. 2 p. 318, mon. Ancyr. ed. 2 p. 93.* — 5) *Quos fecerunt (sic recte editor).* — 6) *Consules.* — 7) *Equis.* — 8) *20. Iul. seq. (cf. N. 8744).* — 9) *Videtur esse idem qui supra N. 940.* — 10) *Cf. Tac. ann. 1, 72.* — 11) *Cf. supra N. 5293 not. 2.*

Fragmenta tituli ingentis, quo Avillii Teris aurigae celeberrimi (cf. supra N. 5287 not. 43) victoriae circenses enumerabantur, pleraque reperta anno 1902, edidit Borsari bull. arch. comunale di Roma 1902 p. 176 seq. (= Notizie degli scavi 1902 p. 510).

CAPVT XIII.

TITVLI OPERVM LOCORVMQVE PVBLICORVM. TERMINI.

(Addenda ad vol. II p. 346—481 N. 5317—6043.)

9350

† haec quoqu[*e pr*]aefectus cons|truxit moen[*ia*] Thomas[1],
sed decus his | aliud melioris roboris addens, |
Tiberiam [*d*]ixit de nomine | Caesaris[2] urbem.

† domino XPO a|iubante s.[3], pos.[4], cofirmante IPR. d. i.[5] Tiberio A|gs.[6], Gennad[*i*]o mg. mil.[7], Arpag. duci, Bigor trbns.

Masculae (Khenchela) Numidiae (VIII 2245, pars dextra accessit bull. des antiquaires de France 1895 p. 170; imaginem Monceaux revue arch. ser. IV t. 8, 1906 p. 129 n. 197). Buecheler carm. epigr. n. 1807. — 1) *Idem posuit titulum paulo antiquiorem supra N. 833. Memoratur a Corippo laud. Iust. 1, 18. —* 2) *Sc. Tiberii, cf. not. 6. —* 3) *Suos? —* 4) *Posuit. —* 5) *Imperatore domino invictissimo. —* 6) *Cf. supra N. 834 v. 2. Tiberius Constantinus Augustus fuit ab a. 578—582. —* 7) *Gennadius magister militum in Africa, memoratur a Ioanne Biclarensi ad a. 11 Tiberii (chron. min. ed. Momms. II p. 215); idem in titulo paullum recentiore VIII 12035, iam patricius et exarchus Africae.*

9351

P raesidium aeternae firmat prudentia paci s,
r em quoque Romanam fida tutat undique dextr a,
a mni praepositum firmans munimine monte m,
e cuius nomen vocitavit nomine Petra m.
D enique finitimae gentes deponere bell a,
i n tua concurrunt cupientes foedera, Samma c,
u t virtus comitata fidem concordet in omn i
m unere Romuleis semper sociata triumfi s.

In regione saltuosa Mauretaniae Sitifensis Kabylie, loco dicto M'lakou prope stationem viae ferreae Ighzer-Amokrane, ab oppido maritimo Saldis (Bougie) circ. 60, a Tupusuctu (cf. N. 645) circ. 25 chil., rep., circ. 150 metr. a rivo Wed-Sahel sive Summane (vidit Gsell comptes rendus de l'Acad. des inscr. 1901 p. 170 cf. eundem rec. de Const. 36, 1903 p. 21 seq.). Acrostichum et telestichum: Praedium Sammacis. Hic videtur esse Zammac memoratus ab Ammian. Marcell. 29, 5, 2, Nubel reguli Maurorum filius, comiti Romano acceptus, a Firmo fratre peremptus (temporibus Valentiniani); item ab hoc non diversus Salmaces, Firmi frater, fundi Petrensis, quem 'in modum urbis extruxerat', dominus (id. 29, 5, 13).

9352 centenarium[1] Tibubuci[2] | quod Valerius Vibianus | v. p. initiari [3] | Aurelius Quintianus v. p. | praeses provinciae Tri|politanae[4] perfici curavit.

Ksar Tarcin, in regni Tunetani parte extrema (VIII S. 22763 vidi ectypum). — 1) Cf. supra N. 6886 not. 3; adde C. I. Gr. 8664. — 2) Nomen loci praeterea ignotum. — 3) Intellege: iusserat (fortasse spatium ei vocabulo destinatum vacuum relictum). — 4) Fortasse, ut monuit Gauckler, idem Aurelius Quintianus qui a. 303 provinciam Numidiam regebat (supra N. 644).

9353 hortaris in vitam | miscens adversa secu[*n*]|dis.
Clodius Hermogena[1] | proconsulatu salu|bri, |
Theodoti cura lega|ti[2], dedicat arcem. |
Hos ego Ianuarius | versus formare cu|ravi.

Thibursici Numidarum (Khamissa) in foro rep. a. 1901 (Cagnat bull. des antiquaires de France 1901 p. 209; vidit Gsell). — 1) Hermogena = Ἑρμογένης. Vere dicebatur Hermogenianus, cf. infra N. 9357. — 2) Idem infra N. 9357.

9354 Gabinius Vettius | Probianus v. c. | praef. urb.[1] | statuam fatali | necessitate con|labsam celeberri|mo urbis loco adhi|bita diligentia reparavit.

Romae in foro rep. ante aedem Antonini et Faustinae, basis (VI 31883 vidit Henzen). Una reperta est basis cum inscriptione gemella (VI 31884). — 1) Eiusdem praefecti aliam inscriptionem pertinentem ad basilicam Iuliam dedimus supra N. 5537. Ceterum Probianum hunc non esse eum qui fuit praefectus urbi a. 377, sed eum qui illo munere functus est a. 416 (cod. Theod. 14, 10, 4) statuit Huelsen Beitr. z. alten Gesch. II 1902 p. 268.

9355 Ragonius Vincentius | Celsus[1] v. c., praefectus | annonae urbis Romae[2], | urbi eidem[3] propria | pecunia[4] civitatis | Ostiensium collocavit.

Ostiae rep. a. 1910 (Vaglieri Notizie degli scavi 1910 p. 104). In alia parte lapidis titulus antiquior, Aufidii Fortis alicuius duoviri Ostiensis (ib. p. 103). — 1) Idem supra N. 1272 (cum not. 2). — 2) Aetate labente Ostia (cum Portu) sedes fuit praefecti annonae urbis Romae; cf. supra N. 805. 5694. C. I. L. XIV p. 7. — 3) Basis sustinuisse putanda est statuam urbis Romae. — 4) In alia inscriptione ab eodem Ragonio Celso Ostiae sine dubio posita (C. XIV 139) est: et civitas memorata fecit de proprio.

9356 Virius Audentius | Aemilianus v. c., | proconsule p. A., v. s. i.[1], | redintegrationem | theatralibus | signis adhibuit.

Carthagine in theatro a. 1905 rep., basis (VIII 24588 vidi imaginem photographicam, cf. Gauckler nouv. archiv. miss. scientif. 15, 1907 p. 457 cum imagine; ex basi gemella fragmentum tantum superest VIII 24589). — 1) Vir clarissimus, proconsule provinciae Africae, vice sacra iudicans. Africam rexit inter annos 379 et 383, cf. C. VIII 1296. 14728. Idem homo supra N. 5478.

9357 pro baeatudin[*e*] | temporum sign|um Traiani de ru|inis ablatum pro|consulatu Clodi | Hermogeniani[1] | amplissimi et c. v., |

Atilius Theodo[*tus*] | v. c. legatus ei[*us*][2] | in forum novu|m transferre cu|ravit. *(In parte aversa titulus antiquior)* Herculem | [*invi*]ctum pro | [*sal*]ute [*Diocle*|*tiani*] et [*Ma*]xi|[*miani*][3] Augg. | [*or*]do et popu|lus hoc loco | ponendum | [*c*]ensuit, | curante | C. Umbrio Ter|tullo c. v., cur. | r. p.

Thibursici Numidarum (Khamisa) rep. (Cagnat bull. des antiq. de France 1903 p. 249. 251). — 1) *Videtur esse Clodius Hermogenianus Olybrius proconsul Africae sub finem regni Constantii et sub Iuliano, cf. supra N. 1271 not. 2. Idem cum eodem legato memoratur in alio titulo eiusdem loci supra N. 9353 et in Bullensi Regio VIII S. 25551 (= bull. du Comité 1906 p. CCLXVI n. 3).* — 2) *Cf. not. 1.* — 3) *Diocletiani et Maximiani nomina erasa esse indicatur.*

9358 pro salute dd. nn. impp. Diocletiani et | Maximiani Augg. aedes publicas vetus|tate conlapsas cameris et picturis et marmori|bus L. Munatius Sabinus v. c. curator | rei publicae pecunia publica perfecit et | dedi[*cavit*].

Bullae Regiae (VIII S. 25520 = Merlin comptes rendus de l'Acad. des inscr. 1906 p. 561 n. 7). Scripta est in parte aversa tabulae, qua res publica Bullensium Regiorum templum Dianae corolliticae (sic), liberalitate civis alicuius defuncti usa, dedicaverat (VIII S. 25515 = Merlin l. c. p. 562 n. 8).

9359 M. Vehilius Primus | cur. r. p. Cosilinatium[1] | porticum Herculis | a solo inpensa r. p., ins|tantia sua f. c.

Padulae prope Salernum rep., ubi fuisse Consilinum Lucaniae iam ex hoc titulo constat (G. Patroni Notizie degli scavi 1900 p. 111. 503). — 1) *Oppidum memoratum VI 2040, tab. Peut., et alibi, cf. C. I. L. X p. 25.*

9360 Q. Baebius . . | f. Zuprio . . | aedilis ta[*bern*]|am pergu[*lam*] | maenianum | r. p. d.

Aenonae (Nona) in Dalmatia (III 14322[4] descr. Sticotti).

9361 [*num. Aug.*][1] et deae | . . . . .[2] [*usibusq*]ue[3] vicanor. | . . . . . [*Cele*]r (?) II vir bis, flam. | . . . .[4] [*e*]t ex decreto ordin. | . . . . [*A*]ug., basilicam cum su|[*is ornamentis* . . . *b*]asilicas[5], diribitoria[6], por|[*ticus quibus thermae iunguntur*] et a foro adeuntur, | . . . . . . m posuerunt.

Vendoeuvres-en-Brenne, prope Châteauroux (dép. Indre) rep. ubi vicum aliquem, Biturigum fortasse, fuisse iam apparet (Villefosse mém. des antiquaires de France 68, ed. 1909 p. 203 cum imagine p. 193). — 1) *Cf. supra N. 4577. 4600. 4637. 4690. 4714 cet.* — 2) *Periit nomen deae.* — 3) *Supplevit Villefosse ad normam titulorum eiusdem regionis XIII 1351. 1377.* — 4) *Periisse* permissu . . leg*(ati) vel simile quid coniecit Villefosse, collato titulo supra N. 5594.* — 5) *Basilicae duae municipales etiam in titulo eiusdem provinciae XIII 950. 954, item supra N. 5585. 5586.* — 6) *Diribitoria in eadem provincia XIII 1132. 1378.*

9362 ex liberalitate M. Iuli Quintiani Flavi Ro|gatiani c. m. v., quam testamento suo reipublicae | coloniae Thamugadensium patriae

suae le|gavit, opus bibliothecae ex HS $\overline{CCCC}$ mil. num. | curante re-publica perfectum est.

Thamugade rep. in ruderibus aedifici, quod bibliothecam fuisse ex hac inscriptione constat (Cagnat les bibliothèques municipales dans l'empire romain, Mém. de l'acad. des inscr. 38, 1, 1906, p. 15). Similis fuit bibliotheca Celsiana Ephesi (cf. supra N. 8971 p. 6), de cuius ruderibus egit Cagnat l. c. p. 11 seq.

9363 ... *Diadumeniano*] | nobil[*issimo Caesari*][1], | sub C[*l.*] M[*arcio Agrippa?*][2] | leg. Aug. n. pr. pr. agens Pe|tronius Athenodorus prae. | coh. I Fl.[3] horolegium *(sic)* ab ho|ris intermissum[4] et vetus|tate colabsum suis inpendis | restituit, imp. d. n. Macrin. Aug. II cos.[5]

Rigomagi (Remagen) rep., est Bonnae (XIII 7800 vidit Domaszewski; Lehner ann. Bonn. 110, 1903 p. 150). — 1) nobil *erasum, sed legitur (reliqua effracta).* — 2) *Supplevit Lehner. In titulo eiusdem loci XIII 7798 videtur fuisse:* [*sub Clau*]dio Ag[*ripp*]a leg. Aug. pr. pr. *Cf. Prosopogr. imp. Rom. II p. 337 n. 165.* — 3) *Eadem cohors prima Flavia in aliis titulis eiusdem loci XIII 7786 cet.; non diversa cohors prima Flavia Hispanorum supra N. 9052, cohors prima Flavia Hispanorum equitata pia fidelis supra N. 2723 (ita videtur fuisse etiam in t. Rigomagensi XIII 7796).* — 4) *Alias inscriptiones ad horologia pertinentes habes supra N. 5622 seq. 8642 seq.* — 5) *Postrema erasa. Annus significatur p. Chr. 218.*

9364 P. Marcius Q. f. Arn. Quadratus[1] flamen divi Aug., pont. c. I. K.[2], in quinque decurias [*adlectus ab imp. Anton*]ino Aug. Pio[3] ob honorem flaminatus sui perpet[*ui*] patriae suae | theatrum cum basilicis et porticu et xystis et scaena[4] cum siparis et ornamentis om[*ni*]bus [*a solo extructum*] sua pec. fec. idemq. ludis scaenicis editis et sportulis datis et epulo et gymnasio ded.

Thuggae in theatri ruderibus, inscriptio super frontem scaenae collocata (VIII S. 26606 = L. Poinssot nouv. archives des missions scient. 13, 1906 p. 196 seq.; cf. Carton théâtre de Dougga tab. 1 fig. 2 cf. p. 149). — 1) *Ab eodem homine complures aliae inscriptiones in eodem theatro positae, sed nunc valde mutilae (VIII S. 26528. 26528ª. 26607). Ex VIII S. 26528. 26528ª apparet theatrum ab eo extructum esse temporibus divorum fratrum.* — 2) *Pontifex coloniae Iuliae Karthaginis.* — 3) *In una ex aliis inscriptionibus eiusdem Quadrati superest:* in qu[*inque de*]curias adlectu[*s a*]b imp. [*A*]ntonino Pio Aug. *(sic Antoninus Pius mortuus dictus etiam in aliis titulis nonnullis Thuggensibus).* — 4) *Scaenam. Opponitur scaena theatro.*

9365 L. Orbius M. f. Hor.[1] mag. | palaestrae dedit[2].

In insula Teno, sed eo venit sine dubio ex Delo (Graindor musée belge 12, 1908 p. 111). — 1) *Idem nomen in opere musivo Delio III 7224. A fratre ut videtur eius Deli positus titulus hic:* M. Orbius M. f. | mag. Italiceis *(III 7225). Eiusdem fortasse liberti N. 9366. Idem ut videtur (Ὀρόβιος traditur) Delum a. u. c. 664 contra Mithridatis satellites defendit (Posidonius apud Athenaeum V p. 215ª, cf. Momms. ad III 7234).* — 2) *Nimirum statuam vel aliud quoddam donarium in palaestra collocavit.*

9366 L. L. Orbieis[1] L. l.[2] [mag.[3] | laconicum[4] Italiceis[5]. | *Λεύκιος Ὄρβιος Λευκίου | Λίκινος καὶ Λεύκιος Ὄρβιος | Λευκίου Δίφιλος Ἑρμαισταὶ | γενόμενοι Ἰταλικοῖς.*

Deli rep. a. 1904, tabula marmorea (Bizard et Roussel bull. de corresp. hell. 31, 1907 [1908] p. 440 cum imagine). — 1) *Cf. N. 9365.* — 2) *Notabile, cognomina horum Orbiorum libertinorum in parte Latina omissa esse.* — 3) *Magistri, scilicet Mercurii, Ἑρμαισταί dicti in parte tituli Graeca (cf. supra N. 9237).* — 4) *Cf. supra N. 5706.* — 5) *Cf. N. 865 seq. 9365 not. 1.*

9367 D. Laelius D. f. | Balbus[1] q. pro | pr. assa[2] destrictar.[3] | sólariumque faciundu. coerav.

Kurbes, ubi fuit Carpis (cf. supra N. 6782), ex adverso Carthaginis, rep., iam Tunete (VIII 24105ª vidi ectypum gypsaceum). — 1) *Est D. Laelius, quem a. u. c. 712 una cum Q. Cornificio Africae praefuisse narrat Dio 48, 21: ἦρχον δὲ τοῦ ἑτέρου (veteris provinciae Africae) ὅ τε Κορνουφίκιος καὶ Δέκιμος Λαίλιος, scilicet illius, quem proconsulem fuisse constat, fuit quaestor pro praetore, quique anno insequenti una cum illo periit, victus a T. Sextio proconsule Numidiae (Appian. l. c. 4, 53 seq.; Dio l. c.).* — 2) *Cf. Cic. ep. ad Q. fr. 3, 1, 2.* — 3) *Cf. supra N. 5706.*

9368 Sex. Vitulasius L. f. | Qui. Nepos cos.[1] | aquam Augustam adiect. | fontibus novis sua pec. | perduxit et arcus | novos fecit.

In Vestinis prope vicum Castelnuovo, non longe a ruderibus civitatis Peltuini (Persichetti Notizie degli scavi 1903 p. 515). Eodem loco prodiit titulus balinei supra N. 5668. — 1) *Consul suff. mens. Apr. a. 78, testibus actis Arv. (VI 32362). Cf. praeterea Prosopogr. imp. Rom. III p. 457 n. 531.*

9369 anno VI[1] im[*p. Domitiani*][2] | Caesar. Aug. Germanic. | sub G. Septimio Vegeto[3] praef. Aeg. | foditu est flumen Philagrianu[4] | at tria soldu usque ad petras. | *ἔτους ϛ̄' αὐτοκράτ[ορος] | Καίσαρος [Δομι]τια[νοῦ][5] | Σεβαστοῦ Γερμανικοῦ, | ἐπὶ Γαίου Σεπτιμίου | Οὐεγέτου ἡγεμόνος, ὠρύγη ποταμὸς | Φιλαγριανὸς ἐπὶ τὰ | γ̄ στερεὰ ἕως τῆς πέτρας.*

Prope Alexandriam est videtur rep., est ibi in museo (Botti bull. de la société archéol. d'Alexandrie IV 1902 p. 45; inde Dittenberger Orient. inscr. n. 673). — 1) *A. 86—87.* — 2) *Domitiani nomen erasum esse significavit editor.* — 3) *Praefectus Aegypti fuit ab a. 86 (vel fortasse iam ab a. 84, cf. Mitteis Zeitschr. d. Savignyst. 27, 1906 p. 223) ad a. 88.* — 4) *Canalis quidam. De nomine cf. Dittenberger not. 5.* — 5) *Similiter in titulo et ipso prope Alexandriam reperto (Schiff Festschr. O. Hirschfeld p. 374; Dittenberger inscr. Orient. n. 672): ὠρύγη Ἀγαθὸς Δαίμων ποταμὸς ἐπὶ τὰ τρία στερεὰ καὶ ἐπὶ τὸ ἀρχαῖον ἀπεκατεστάθη ἕως τῆς πέτρας (cf. Schiff l. c. p. 382).*

9370 imp. Caesar divi f. August. | pontif. maxim. flumen Sebaston[1] | ab Schedia induxit a milliario | XXV[2] quod per se toto oppido flueret, | praefecto Aegypti C. Iulio Aquila, anno | XXXX Caesaris. | *αὐτοκράτωρ Καῖσαρ θεοῦ υἱὸς Σεβαστὸς | ἀρχιερεὺς ποταμὸν Σεβασ[τὸν] ἀπὸ | Σχεδίας ἤγαγεν ἐπὶ σταδίους διακοσίους*[2] |

ῥέοντα δι' ὅλης τῆς πόλεως, ἐπὶ ἐπάρχου | τῆς Αἰγύπτου Γαίου Ἰουλίου Ἀκύλα, | LM Καίσαρος.

Alexandriae Aegypti (Breccia bull. de la soc. archéol. d'Alexandrie 7, 1905 p. 61; Cagnat inscr. Gr.-Rom. I n. 1056 vidit S. de Ricci). Est aliud exemplum tituli supra N. 5797, sed paullo plenius. — 1) *Cf. supra N. 5797 not.* — 2) *Tria haec verba absunt ab exemplo prius reperto.*

Viae.

9371 imp. Caesar Augustus | pontifex maximus, cos. | XIII, tribunicia potestate XXII[1], | viam Aemiliam ab Arimino | ad flumen Trebiam | muniendam curavit. | ⊥XXIX[2].

Prope Bononiam ex alveo fluminis Rheni extracta columna (Brizio Notizie degli scavi 1902 p. 539). Eodem fere loco reperti miliarii viae Aemiliae multo antiquiores supra N. 5803. 5804. — 1) *A. 752.* — 2) *79 mil. pass., sc. ab Arimino.*

9372 [*imp. Caesar*] | divi Traiani | Parthici fil. di|vi Nervae nepos | Traianus Hadria|nus Aug., pont. max., | trib. pot. VIII[1], cos. III,[1] | procos.[2]: | Thanar.[3] m. p. XXXIDCCCCX[4]; | Auzia m. p. XVIICC[5].

Sour-Djouab, ubi fuit Rapidum, cf. supra N. 6885, rep. (Bull. du Comité 1908 p. CCXLVI). — 1) *A. 124.* — 2) *Cf. supra N. 311 (not. 2).* — 3) *Thanar(idi?). Videtur idem locus significari qui in itin. Ant. appellatur Tiranadi, distans a 'Rapidi' m. p. XXV.* — 4) *Similiter numerus passuum accurate perscribitur supra N. 5835 et alibi (cf. ibid. not. 3).* — 5) *In itin. Ant. est: Auzia — XVI — Rapidi.*

9373 imp. Caesar divi | Vespasiani f. [*Domi*|*tianus*] Aug. Germ. pont. | maximus trib. pot. XII[1], | imp. XXI, cos. XVI, censor | perpetuus, p. p., per Scor|fularum[2] vetustate e[*t*] | incursu Danuvi c[*or*]|ruptum operibu[*s am*]|pliatis pe[*r*] . . . | le[*g.*] . .

*In ripa dextra Danuvii, loco dicto Gospodin, a Drenkova meridiem versus, iuxta alterum exemplum inscriptionis N. 2281, saxo incisum (III S. 13813*d *= Téglás Ungarische Revue 15, 1895 p. 9).* — 1) *A. 92/3.* — 2) *Scr.* iter Scrofularum. *'Ad Scrofulas', mansio viae Viminacio Ratiariam, recensita in tabula Peutingerana, illo loco fuisse putanda est. Etiam in titulis Salonitanis III 9694. 12886 (= 9693)* Scrofulis *locum indicat.*

9374 [*imp. Caesari T. Aelio Hadriano Antonino Aug. Pio pont. max.*] trib[*u*]|nicia potestate | XV[1] cos. IIII | viam per Alpiís *(sic)* | Numidicas[2] ve|tustate inter|ru[*p*]tam ponti|[*b*]us denuo fac|[*ti*]s[3] paludibus | siccatis, labibus | confirmatis | resstituit *(sic)*, | curante M. Valerio | Etrusco leg. suo | pr. pr.[4] | . . .

In via Hippone Calamam prope vicum Penthièvre rep., est Bone in museo (Revue arch. 3, 1904 p. 297 n. 21; lapidem vidit Gsell, ectypum Cagnat). Aliud

exemplum eiusdem tituli antea prodierat in eadem via, sed mutilum (VIII S. 22210 = Eph. ep. 7, 645). — 1) *A. 152.* — 2) *Nota Alpium vocabulum in alios montes translatum.* — 3) iac|[*ti*]s *Gsell,* fac|[*tis*] *Cagnat.* — 4) *Cf. supra N. 5795 not. 1.*

Termini.

9375 leg. III A[*ug.*] | leimitavit, | C. Vibio Marso | procos. III[1]; | d. d.[2] LXX[3], u. k.[4] CCLXXX[5].

In meridionali regni Tunetani parte, in regione quae extenditur a dextra viae Capsa (Gafsa) Tacapes (Gabès), 1500 metr. a ruderibus Henchir Chenah rep. (VIII 22786 f repperit Donau praefectus militaris eius regionis, Cagnat vidit ectypum). Lapides gemelli praeterea in hac regione prodierunt duo, VIII 22786 a k, praeterea complures, in quibus soli numeri extant. Tractaverunt hos terminos Toutain mémoires présentés à l'Acad. des inscr. XII 1, 1907 p. 343 seq. et felicius, ni fallor, Barthel Bonner Jahrb. 120, 1911 p. 60 seq. — 1) *C. Vibius Marsus proconsul Africae tertio fuit a. p. Chr. 29/30. (A. 24 Dolabella proconsul rebellioni gentium Africanarum eam regionem inhabitantium finem imposuerat: earum magna ex parte videtur fuisse territorium tunc a legione dimensum.)* — 2) *Dextra decumanum.* — 3) *Centuria septuagesima.* — 4) *Ultra kardinem. Cf. Siculus Flaccus p. 155 (Grom. ed. Lachmann): inscriptiones itaque in centuriis sunt tales, 'dextra' aut 'sinistra decimanum tŏtum' 'ultra citra've 'cardinem tŏtum'; Hyginus de limit. const. p. 173 seq. 195.* — 5) *Centuria ducentesima octogesima: sic intellexit Barthel collato cippo fortasse ad eandem terminationem pertinente reperto ad viam Capsa Taparuram (Sfakes) VIII S. 22789 in quo est:* u. k. *7* CCLXV, s. d. *7* XLV.

9376 C. Caninius C. f. | pr. urb. | de sen. sent. | poplic. ioudic.

Ostiae rep. fossionibus a. 1910, cippus lapidis Tiburtini (Notizie degli scavi 1910 p. 233). Ex gemella inscriptione eodem fere loco reperta superfuerunt haec: .... [*de sen. sen*]t. | [*p*]opl[*i*]c. [*iou*]dic. *(l. c. p. 61). Titulus, Sulla vix recentior, antiquissimus omnium qui adhuc Ostiae prodierunt (Vaglieri l. c.). Caninius praetor urbanus ignotus est. Similes lapides supra N. 5938 seq. 5943.*

9377 inter
Toutonos[1]
c
a
h
f[2]

Prope Miltenberg, lapis ingens (prope 5 metr. altus) sed rudis (XIII 6610 vidit Zangemeister; Drexel obergerm.-raet. Limes n. 38, fasc. 34, p. 55). Lapis eo ipso loco ex vivo saxo excisus est, ubi repertus est, ibique antiqua aetate relictus; ipsa inscriptio imperfecta esse putanda est. — 1) *Toutoni a Teutonis sola scriptura differunt. Apparet Teutonorum particulam aliquam in regione illa sedes habuisse.* 2) f *priores, pro* n *imperfecta habet Drexel.*

9378 [*finis*] inter An[*sienses?*[1] *et* | *Co*]riniens.[2] secundum | [*c*]onventionem[3] utrius|que partis derectus mensu|[*ris*] actis iussu A. Duceni | [*Gem*]ini[4] leg. Aug. pro pr.

In Dalmatia rep. sub loco dicto Ivanova glavica, a Corinio paucis chil. inter sept. et orientem (Abramić et Colnago oesterr. Jahresh. 12, 1909 Beibl. p. 30). Similes terminos Dalmaticos habes supra N. 5948 seq. — 1) *Supplevit Patsch, collato titulo supra N. 9067.* — 2) *Cf. supra N. 5953.* — 3) *Cf. N. 5953*[b]. — 4) *Cf. N. 5953 not. 4. Adde titulum Naronensem ipsi positum, in mantissa edendum. Legatus Dalmatiae fuit inter a. 62 et 69.*

9379 . . . . .[1] | Caesaris Au[*g. Germ.* | *i*]nter Sidrinos[2] et | Asseriates[3] Q. Aebu|tius Liberalis[4] Ↄ leg. | XI definit.

Prope Bruška Dalmatiae rep. (Keil oesterr. Jahresh. 8, 1905 p. 54.) — 1) *Praecessisse videtur:* iussu *illius* legati Ti. Claudi. — 2) *Videtur esse Σιδρῶνα oppidum memoratum a Ptolemaeo 2, 16, 9. 8, 7, 8 (Patsch Jahresh. l. c. p. 119).* — 3) *Cf. supra N. 5951.* — 4) *Cf. N. 5953. 5953*[a] *(not. 5).*

9380 ex auctoritate | imp. Caesaris di|vi Nervae f. Ner[*vae*] | Traiani Optimi | Aug. Germ. Dac. | [*P*]arthici[1], fines | adsignati gen[*ti*] | Suburburum[2] pe[*r. T.*] | Sabinium Barba[*rum*][3] | leg. Aug. pro pr.

9381 ex aucto[*ritate*] | imp. Caes. divi [*Nervae f.*] | Nervae Traiani O[*ptimi*] | Aug. Ger. Dacic. Part[*thic.*, | *fi*]nes adsignati gent[*i* | *S*]uburburum per T. Sa[*bi*]|nium Barbarum leg. | Aug. pro pr.

In Numidia prope lacum dictum Chott-el-Beida, cippi duo, circ. 5 mil. pass. unus rep. ab altero (Cagnat Mélanges Boissier p. 99). — 1) *A. 116/117.* — 2) *Cf. supra N. 5862.* — 3) *Consul suffectus fuit a. 118 testibus actis fratrum Arvalium, in quibus superest* L. P[o]mponio Basso T. *(non* L., *ut primum edebatur)* . . . inio B . . . ro cos. *(VI 32374).*

9382 [*e*]x auc. Ax[*i*] | Aeliani v. e. | proc. Aug.[1] | ter.[2] vetus po|situs secun|dum acta inter kastel[*l.*] Gurolen|sem[3] et Medianum | [*M*]atidianum Ale|xandrianum Tizir|lensem[4].

In Mauretania, loco dicto Bled-Bachir-Ben-Yara, douar Malah-Djiadja, circ. 3 chil. a loco ubi inventus est titulus N. 9006, circ. 18 chil. a Sitifi; iam Sitifi (Gsell bull. du Comité 1906 Nov. p. XIV; vidi ipse). — 1) *Idem procurator memoratur in alio termino Mauretaniae, supra N. 5965 (cf. ib. not. 5).* — 2) *Terminus.* — 3) *Fortasse* Gurgiensem *lapis.* — 4) *Sic potius quam* Tilirvensem *lapis (cf. Gsell Atlas archéol. de l'Algérie sect. 15 ad n. 79).*

9383 termines *(sic)*[1] defensi|onis[2] rationis pri|vati *(sic)* dd. nn. | Augg.

In Mauretania, loco dicto Bahira (cf. VIII 20566), in regione non multum ab ea in qua reperti termini supra N. 5964. 5965 (Gsell bull. du Comité 1908 Mart. p. XV ab alio descriptam). — 1) *Alii termini rationis privatae in Mauretania supra N. 5964. 5965.* — 2) *Etiam supra N. 5965 (ubi scriptum* defenicionis*) 'defensionis' intellegendum esse coniecit Gsell. (Utroque loco 'definitionis' intellegendum esse putat Hirschfeld).*

9384 imp. Had. Au|g.[1], definitio | silvarum.

In Libano monte, inter Zahle et Chouaïr, saxum translatum Berytum (Jalabert et Mouterde mél. de la faculté orientale de Beyrouth 4, 1910 p. 211 imaginem). — 1) *Litterae* IMP H, *item* AV *contignatae.*

9385 imp. Had. Aug.[1], d. f. s.[2] | AGIVCP[3].

*In Libano monte, prope vicum Karteba (a Byblo orientem versus), bis (vel etiam saepius) vivo saxo inscriptum (III 180*m *repperit et descr. Renan mission de Phénicie p. 275).* — 1) *Litterae* IMP *et* AV *contignatae.* — 2) *Definitio silvarum, cf. N. 9384.* — 3) *Arborum genera quattuor, cetera privata.*

9385[a] arborum genera IV, cetera privata.

*In Libano monte, prope vicum Tula (a Byblo sept. versus), item loco dicto Beidar el-Hadjil aliisque, vivo saxo inscriptum (III 180*l *repperit et descr. Renan mission de Phénicie p. 263. 264). Plerumque videtur iuxta positum fuisse* imp. Had. Aug.

9386 Had. Aug. d. f. | s. n. CXXCIV.

*In montibus sitis inter fluvios Adonidem et Lycum, loco dicto Djoreide, in regione nivis paene perpetuae vivo saxo inscriptum (III 180*g *repperit et descr. Renan l. c. p. 278). In titulo gemello in eadem regione extante ante Hadriani nomen nonnulla scripta fuerunt quae legi non potuerunt, et in fine erat* n. CCXXXV. *De his numeris cf. Jalabert l. c. (ad N. 9384) p. 214.*

Similes inscriptiones non multo minus centum in hac regione observatae sunt (cf. Renan l. c. p. 258 seq.).

9387 Caes. n. | s. f. r. g.[1] *(In trium cipporum parte aversa)* civit.[2] Thugg.; | t. p.[3] per Tiberino | Aug. lib. praeposito | mesorum[4]; *(in reliquorum parte aversa)* civit. | Thugg. | n. V *vel* VI *cet.*

Ab oriente Thuggae, in iugo montium appellato Djebel Khalled et Djebel ech Cheid, cippi quindecim (VIII S. 25988 repperit et descr. L. Poinssot qui plerasque edidit comptes rendus de l'Acad. des inscr. 1907 p. 471 seq.). — 1) *Caesaris nostri, saltus fundi .... (nomen proprium eius fundi).* — 2) *Civitatis.* — 3) *Termini positi.* — 4) *Sic in uno ex cippis,* mesoribus *in alio,* mes. *in tertio.*

CAPVT XIIII.

TITVLI MVNICIPALES.

(Addenda ad vol. II p. 482—736 N. 6044—7210.)

9388 ex auctoritate s. p.[1] Tusculani | M. Lorentius[2] Atticus aed. | aediculam Larum Augustorum | vici Angusculan.[3] vetustate | dilapsam pecunia publica a solo | restituit; P. Clodi Pauliniani, L. Comini Secundi[4] | aed. q. q.[5], | C. Plotius Bassus Sabinianus praef.[6]

Ad viam Latinam, circ. X milibus pass. ab urbe Roma, in villa Gentilini, rep., iam Romae in museo thermarum (Eph. ep. 9, 680 vidi; Lanciani bull. comunale 1905 p. 136 cum ichnographia locorum). — 1) *Senatus populique.* — 2) *De nomine cf. VI 35499.* — 3) *Apparet loco illo fuisse vicum territorii Tusculani dictum Angusculanum, praeterea ignotum.* — 4) *Cf. supra N. 9056 not. 5.* — 5) *Aedilitate (sic etiam in aliis titulis Tusculanis XIV 2579. 2590) quinquennali.* — 6) *Praefectus* (prae. f. *lapis).*

9389 . . Satrius N. f. Ter. Ruf[*us* | *t*]r. mil. a popul[*o*, | *I*]IIIvir iur. dic. qu[*inq.?*; | . . *F*]ufidius L. f. L. n. L. pr[*on.*] | Ter. Proculus vixi[*t an.*] | . ., vir. Hunc colonia | Iadestinorum ex | [*pro*]vincia Hilyrico fun[*ere* | *pu*]blico efferundum cu[*ravit.* | *Te*]rtia Fufidia M. f. Mar . .; | . . [*Fu*]fidius M. f. L. n. pron. Max . . .

Teani Sidicinorum rep. (Spinazzola Notizie degli scavi 1907 p. 698).

9390 C. Utiano[1] C. f. Pom. Rufo | Latiniano IIIIvir. i. d. iter., | Insteia M. f. Polla sacerd. Iuliae | Augustae[2] Volceis et Atinae[3], | optimo et indulgentissimo viro, qui | eam pupillam annorum VII in domum | receptam per annos LV cum summo | honore uxorem habuit. | Hunc decuriones Volceiani[4] inpensa | publica funerandum et statua equestri | honorandum cens[*u*]erunt. | Latiniae M. f. Posillae [*sor*]ori[5] Latiniani.

Prope Pollam Lucaniae (cf. supra N. 23), in fronte olim splendidi mausolei (Spinazzola Notizie degli scavi 1910 p. 80). — 1) *Idem nomen in Lucania etiam X 442.* — 2) *Liviae.* — 3) *Cf. supra N. 6449. 6450.* — 4) *Locum intra fines Volceianos fuisse probabile est.* — 5) *Sic, non* [*mat*]ri *(Spinazz.). Apparet fratrem Posillae Rufum a C. Utiano quodam adoptatum fuisse.*

9391 Genio gentis | Numidiae | sacrum.

9392 Larciae | Laetae | A. Larci Macrini | principis gentis Numi|darum[1] et flaminis perpetui | uxori; cui ordo statuam publi|ce

ponendam cum decrevisset, | ipsa contenta honore sua pecun. | posuit. D. d.

Thubursici Numidarum (Cagnat comptes rendus de l'Acad. des inscr. 1904 p. 484. 479). — 1) *Cf. supra N. 6800.*

9393 impp. Augg. | L. Septimio | Severo Per|tinaci Aug. | et M. Aurel|lio Antonino Aug. | aram gens | Musunior. | Regianorum[1] | curante | Thulule | Fue. flami|nem Augg. | d. d. p. p.

Inter Cillium et Thelepte, 2 chil. ab Henschir Scheraga (Merlin Comptes rendus de l'Acad. des inscr. 1909 p. 94). — 1) *Musuni (sic Plin.) vel Musunei (Iul. Honor.) memorantur inter nationes Africae Plin. h. n. 5, 30, Ptol. 4, 3, 6 p. 639 Müll., Iul. Honor. (Riese geogr. Lat. min. p. 54). Simul reperta est basis quam numini Getae posuit eadem sine dubio* gen[*s*] Regiano[*rum*] *(Musuniorum vocabulum ibi nescio qua de causa omissum). Eodem fere loco vel certe in eadem regione repertus est lapis VIII 23195, quem Gordiano et uxori eius posuit* gens Mus. Reg. *(quod non recte de Musulamiis intellexeramus).*

9394 L. Memmio Messio | L. f. Quir. Pacato flam. | perpetuo divi Traia|ni, Chinithio, in quin|que decurias a divo | Hadriano adlecto, | Chinithi[1] ob merita | eius et singula|rem pietatem qua | nationi suae prae|stat[2], sua pecuni|a posuerunt.

Gigthi (cf. supra N. 6779/80) rep. (VIII 22729 = Gauckler nouv. archiv. des miss. scientif. 15, 1907 p. 311). — 1) *Cinithii, accolae Syrtis minoris (Ptol. 4, 3, 22), fortasse Gigthensibus attributi fuerunt.* — 2) *Alius praefectus eius gentis supra N. 1409.*

9395 templu Mercurio f. civitas Galesis, sufetes[1] Aris et Manius Celeris f.; scripsit Satur Celeris f., structores[2] C. Manium et G. Aemil[*i*]um.

In monte Djebel Mansûr, in ruderibus civitatis Galitanae (cf. supra N. 5517) rep., iam Tunete (VIII S. 23833 vidit Merlin, cf. Gauckler comptes rendus de l'Acad. des inscr. 1904 p. 156). — 1) *Cf. N. 6797 seq.* — 2) *Structores etiam in alio titulo eiusdem loci VIII S. 23834.*

9396 Cereri Aug. sacrum | arca Augustalium a republica | separatorum templum vetustate | dilapsum a solo sua p[*e*]cunia | restituit eademque [*de*]dicavit.

9397 ordo | Augustalium sua | pecunia fecit.

Thamugade (Rec. de Const. XXXV 1901 p. 236. 246).

9398 Karthagini Aug. sac. | ex testamento Q. Aproni Q. f. | Arn. Vitalis honestae memoriae vir., | qui rei p. Uchitanorum maiorum at sta|tuam [*deae ponendam . . . HS*] . . mil. et in epu|[*lationem*] . . . . . . [*magisteri?*] sui HS II mil. | [*reliquit*] . . [*ob testifica*]ndam adfectio|[*nem*] . . . . . . [*a*]mplificationem | . . . . . . il. epulationis | [*conc*]essit

et ex HS V mil. fieri curavit, | C. Apronius Extricatus ad exornandam mun[*i*|*fi*]centiam fratris basem cum impensa perferen|dae et constituendae statuae suo sumptu et cura | posuit. D. d.

Uchi maiore, circ. 15 chil. a Thugga, cf. supra N. 690. 1334, infra N. 9401. 9405 (VIII S. 26239 = Merlin comptes rendus de l'Acad. des inscr. 1907 p. 95).

9399 [*imp.*] Caesar M. Aurelio Anto|[*nin*]o Aug. Armeniaco Medico Par|[*th*]ico max., divi Pii fil., divi Hadriani | nepoti, divi Traiani Parthici prone|poti, divi Nervae abnepoti, pontifici | maximo, imp. V, cos. III, tribunicia | potestat. XXII[1], patri patriae, | pagus Thugg.[2] caelesti beneficio eorum[3] auctus | iure capiendorum legatorum[4] d. d. p. [*p.*]

Thuggae rep. a. 1911 (VIII S. 26528^b descr. L. Poinssot). — 1) *A. 168.* — 2) *Pagus Thuggensis, diu a civitate vetusta (Punica), quae a sufetibus regebatur, separatus (cf. supra N. 6797, ubi tamen minus accurate not. 3 ex pago civitatem factam esse significavi; ad hanc civitatem pertinet etiam N. 8966), sed nihilominus saepe cum ea coniunctus (cf. supra N. 6827 not. 3, infra N. 9404), donec in locum utriusque successit municipium (cf. supra N. 6796), postremo colonia Thugga (cf. supra N. 541. 8927. 9018).* — 3) *Sc. M. Aurelii et Veri, huius similis titulus iuxta stetisse putandus est.* — 4) *Cf. supra N. 6757 not. 1.*

9400 imp. Caes. divi M. Antonin[*i*] | Pii Germ. Sarm. f., divi Commod[*i*] | fratri, divi Pii nep., divi Hadriani | pron., divi Traiani Part. abn., divi Nervae adn. | L. Septimio Severo Pio Pertinaci Aug. Arab. Adiab. | Part. max., pont. max., trib. pot. IIII[1], imp. XI, | cos. III, procos., p. p. | cives Romani pagani veter.[2] pagi Fortunalis | quorum parentes beneficio divi Augusti | .....[3] Sutunurca[4] agros acceperunt, p. p. f. c.

Prope Sidi-Soltan, circ. 20 chil. ab Uthina occidentem versus, rep. (Merlin bull. du Comité 1909 Iun. p. VIII). — 1) *Error lapicidae; videtur requiri* XIIII, *ut titulus sit anni p. Chr. 206.* — 2) *Veterani. Cf. titulum in eadem regione (circ. 12 chil. ab hoc) repertum supra N. 6803, praeterea N. 6885.* — 3) *Circiter sex literae erasae, fortasse erroris corrigendi causa (sic certe iudicavit is qui lapidem vidit Petitjean).* — 4) *Sutunurcae. Titulum a civitate Sutunurcensi positum, eodem loco repertum, habes bull. l. c. p. X. Aliae inscriptiones eiusdem civitatis, memoratae a Cypriano ep. 59, 8 repertae sunt loco 5 chil. orientem versus distante, cf. C. VIII 24004.*

9401 imp. Caes. L. Septimio Severo | Pio Pertenaci *(sic)* Aug. Parthico Arabico Par|thico Adiabenico[1] trib. pot. V[2], imp. VIIII, cos. II, | p. p., divi M. fil., divi Commodi fratri, divi Anto|nini nep., divi Hadriani pronep., divi Traiani | abnep., divi Nervae adnepoti, resp. U. m. p. p. p.[3] | In quam rem | C. Lucilius C. f. Athenaeus sacer. Cerer. c. I. K.[4] anni | CCXXXV[5], flam. p. p., depensis in curam s. s.[6] quam ipse | gessit HS $\overline{\text{XII}}$ mil. n. summae suae honorariae, et

am|plius pecunia publica erogata, basem cum orna|mentis sua pecunia fecit et epulo decurionib. | dato dedicavit.

Uchi maiore, cf. N. 9398, rep. (VIII S. 26255 = Merlin et L. Poinssot inscriptions d'Uchi majus p. 38 n. 22). — 1) *Cf. N. 417. 425.* — 2) *A. 197.* — 3) *Respublica Uchitanorum maiorum pecunia publica posuit.* — 4) *Sacerdos Cererum coloniae Iuliae Karthaginis. Cf. supra N. 4464. 6814.* — 5) *Colligitur ex hoc titulo posito anno p. Chr. 197 (= urb. cond. Varr. 950), sacerdotium Cereris Carthaginiense non post annum 716 u. c. institutum esse, potest esse institutum uno ex annis praecedentibus, fortasse a. 710.* — 6) *Supra scriptam.*

9402 imp. Caes. | M. Aurelio Antonino Aug., | imp. Caes. L. Septimi Severi Pii | Pertinacis Aug. Arabici | Adiabenici Parthici ma|ximi fil., divi M. Antonini | Pii Germanici Sarm. nep., | divi Antonini Pii pronep., | divi Hadriani abnep., | divi Traiani Parthici et | divi Nervae adnepot.[1], | civitas[2] Furnos[3] d. d. p. p. | fec.

9403 L. Octavio Felici Octa|viano decurioni | col. Iul. Aur. Ant. Karth.[4], | flamini divi Pii, magis|tro sacrorum Cerealium[5] | anni CCLXXVI[6], professori[7] | aedilitatis, patrono et | curatori iterum munici|pii Aureli Antoniniani Fur|nit. minor., | ob insignem | iustitiam et benevolentiam | eius, universus populus | ex aere conlato statuam | posuit; ob cuius dedicatio|nem ipse ludos scaenicos | et epulum populo dedit | et gymnasium. | L. d. d. d.

Henchir Msaadin, ubi fuit civitas Furnos (cf. not. 3) vel municipium Furnitanum minus, rep. a. 1909 (VIII S. 25808a b = Merlin bull. du Comité 1909 Iun.). — 1) *A. 198—211.* — 2) *Apparet municipii ius defuisse etiamtum civitati.* — 3) *Similiter desinentia nomina oppidorum Africanorum habemus complura;* [*mu*]nicipium Sululos *scriptum est VIII S. 23942; Althiburos, Thusuros scriptum fuit in itinerariis. Diversum ab hoc municipium Furnitanum supra N. 6812.* — 4) *Cf. N. 6815.* — 5) *Magisterium hoc non videtur diversum fuisse a sacerdotio Cererum Carthaginiensi.* — 6) *A. p. Chr. 232? (vel uno ex annis 232—238, cf. N. 9401 not. 5).* — 7) *Aedilitatem se petiturum professus erat.*

9404 Sex. Pullaieno Sex. f. | Arn. Floro Caeciliano[1] | praefecto iur. dicun., | sac. Cer.[2] anni CLXX[3], | IIviro, flam. perp. c. c. I. K.[4], | pagus et civitas Thug.[5] | patrono d. d. p. p., curatori|bus L. Gallio Optato, Sallus|tio Dato.

Thuggae (VIII S. 26615 = L. Poinssot inscriptions de Thugga n. 140). — 1) *Idem memoratur in aliis inscriptionibus eius regionis VIII S. 26267. 26419.* 2) *Cf. N. 9401.* — 3) *A. p. Chr. 126 (126—132?).* — 4) *Colonorum coloniae Iuliae Karthaginis.* — 5) *Cf. supra N. 9399 not. 2.*

9405 L. Cornelio Quieto | h. m. v.[1], qui testamen|to suo rei publicae colo|niae Marianae[2] Aug. Ale|xandrianae Uchitanor. | [*ma*]iorum[3] per fideicommissum | HS decem mil. n. reliquit, ex cuius | summae usuris quotannis die na|tali eius decurionibus sportulae et |

[*po*]pulo ludi darentur, | L. Cornelius Quietus fl. pp., filius eius, pa|-[*r*]emti *(sic)* optimo sua pecunia fecit et | impetrato ab ordine loco dedicavit.

Uchi maiore, cf. N. 9398, rep. (VIII S. 26275 = Merlin et Poinssot inscriptions d'Uchi maius p. 60 n. 42). — 1) *Honestae memoriae viro.* — 2) *Cf. supra N. 6790 not. 2.* — 3) *Cf. supra N. 1334.*

9406 Q. Voltedio L. [*f.*] .... | Optato Aurelian[*o fl.*] | divi Ner., equo pub. adle[*ct. a divo*] | Traiano et in quinq. dec. ab. [*imp.*] | Caes. Hadriano Aug., | trib. mi[*l. leg.*] | VI Victricis p. f., aed., praef. i. [*d., mag.*[2]] | Cer. sacror. ann. CLXXVII[3], [*IIvir.*], | II vir. quinq., qui ob honorem | cum HS $\overline{CC}$ mil. promisisset inla[*tis*] | aerar. HS $\overline{XXXVIII}$ mil. leg. am[*pliata*] | pec. spectaculum in amphi[*theatro*] | gladiatorum et Africanaru[*m*] | quadriduo dedit. D. d. p. p.

Carthagine rep. (Villefosse comptes rendus de l'Acad. des inscr. 1910 p. 135 vidit ectypum). — 1) *Alius praefectus iure dicundo Carthaginiensis videtur reperiri VIII S. 12585.* — 2) *Cf. supra N. 9403 not. 5.* — 3) *A. p. Chr. 133 (vel 133—139, cf. supra N. 9401 not. 5).*

9407 M. Manlio C. f. Quir. Modesto Quietia|no equo publico et in quinq. decur. adlec|to a divo Pio, fl. perp., II vira[*lic. et*] curator. | alimentorum[1], curia Poblicia[2] | ob singularem in patriam munifi|centiam theatro propria pecunia | eius exstructo patrono sua p. p.

Curubi (cf. supra N. 5319) rep. (Merlin bull. du Comité des travaux histor. 1908 Iun. p. XIV). — 1) *Alius* curat. aliment. distrib. *Curubi supra N. 6817.* — 2) *Curias oppidorum Africanorum habes etiam supra N. 6824 seq. 6837 seq. 6844 seq. Haec nomen accepit fortasse a Publicio aliquo qui anno u. c. 709 legatus Pompeii filii fuit in Hispania.*

9408 ...[1] qu[*i r*]em publ. exqu[*i*|*sitis ed*]itionum[2] g[*e*]neribus[3] fecer[*it am*]|pliorem, instauratori moenium pub[*li*]|corum, quod eius innumera circa se | ac suos officia supra genitalis civis | affectum Lepcis[4] magna, inclita fide[5], | devotione praest[*a*]ns, multifariam sense|rit, merito[*ru*]m eiu[*s t*]enacissime memor, per | ordini[*s*] sui [*et*] populi viros Fl. V[*i*]ctori Calpurnio v. e., praesidi pro[*v.*] Tripol., pa[*t*]rono suo [*s*]tatuam de|crevit et o[*b*] individuum mutui amoris affec|tum ea[*m*]de[*m*] se propter[6] constituit a[*c*] dedica|vit.

Lepti Magna (VIII S. 22672 Cagnat vidit ectypum). — 1) *Versuum 1—8 laceras reliquias omisi.* — 2) *Supplevit Hirschfeld.* — 3) o[*p*]eribus *primum legerat Cagnat in imagine photographica.* — 4) *Sic urbs apud Graecos et Romanos plerumque Leptis appellata, proprie appellari debuit, et vere ita nomen eius interdum scribitur in codicibus auctorum Latinorum, et in una alteraque inscriptione; cf. Buecheler mus. Rhen. 1904 p. 638, Heraeus Archiv f. lat. Lexikographie 14, 1905 p. 276, C. I. L. VIII S. p. 2288.* — 5) *In memoria habuit qui haec scripsit*

verba Sallustii (hist. II fr. 64 ed. Maurenbrecher): 'Saguntini fide atque aerumnis inclyti' (Hieronym. in Abacuc 2, 9 [VI p. 1358 Migne]), etiam ab aliis saepe adhibita (monuit Buecheler). — 6) *Scilicet in curia vel ante curiam.*

9409 d. m. | P. Iulius P. f. Quir. Martialis Publi|..amus *(sic)*[1] sacerdos | Caelestis Sittiane | loci primi[2] | v. a. LXXXV | h. s. e.

Cirtae rep. (viderunt Cagnat et Gsell Rec. de Const. XL p. 430 n. 463). — 1) ....amus *litterae certae; ante eas littera una aut deest aut erasa est.* — 2) Sacerdos loci secundi templi Sittianae *(ubi Caelestis vocabulum excidisse vel subintelligendum esse apparet) est in t. Cirtensi VIII S. 19512ᵃ; alius sacerdos loci primi Cirtensis ibid. 19447. Agnomen dea habuit a conditore coloniae Sittio. Sacerdotes 'loci primi' Africanos habes supra N. 4468 et alibi.*

9410 Mathun Massiranis | filius, princeps familiae Medid.[1], | pius vixit annis LXX, h. s. e. | Cura egerunt fili eiius.

Inter Cillium et Thelepte (cf. supra N. 9393) rep., non longe ut videtur ab Henchir Rechig (Merlin bull. de la soc. archéol. de Sousse 1908 fasc. 1 p. 10 n. 19). — 1) *Nomen sine dubio haec familia, sive gens fuit, traxit ab oppido eiusdem regionis Mididi (cf. C. VIII p. 77. 1218. 2369; supra N. 637).*

9411 Caius Epicadi f. princeps[1] | civitatis Doclatium[2], hic situs. |
Hoc fieri iussit genitor sibi et | suis.
Set fili eius Piassus[3], Epicadus, | Scerdis, Verzo —
et summa adiecta | efficit istud opus.
Est pietas, natique | hoc auxsisse videntur[4],
et decorant | facto et docent esse pios.

9412 Agirro[5] Epicadi f. principi k.[6] Salthua | et Temeiae Glavi f.; fecit Epicadus f. | *(sequitur carmen versuum sex).*

Grahovo in regno Montenegrino (Vulić Jahreshefte des oesterr. arch. Instituts 12, 1909 Beibl. p. 202. 201 ad ectypum). — 1) *Alium principem civitatis Dalmatinae habes supra N. 7164.* — 2) *Cf. N. 7158 cet.* — 3) *Fortasse scr.* Plassus. *Huius nominis homo ex Doclea in t. Mogontiacensi XIII 7039 (Vulić).* — 4) *Et verba turbata, et metrum.* — 5) *Frater videtur fuisse Caii.* — 6) *Kastelli.*

9413 Genio viciniae | castellanae[1] Ol|biensiun *(sic)*[2] L. Rupilus *(sic)* | Iacchus d. d. c. s.[3]

Prope Hyères rep., basis statuae iuvenilis, ex qua pedes tantum supersunt (Gérin-Ricard revue des études anc. 1910 p. 74 imaginem). — 1) *Intellege Genium vicorum et castellorum Olbiensium. Cagnat confert titulum Trevericum XIII 3652, Genio viciniae dedicatum.* — 2) *Olbiam orae Massiliensis memorant Strabo 4 p. 180. 184; Mela 2, 77; Ptol. 2, 10, 8; Steph. Byz.* — 3) *Cum suis (Cagnat).*

9414 M. Ulpio Pom|ponio Superst[*i*]|ti principi col. | n., M. Ulpi Pomp. | Valentis sac. Au|g. fac. f.[1], sac. Aug. fa|ct.[1], II vir. primo[2] | col., irenarch., | sebastophant., | . . entissimo.

9415 [*C*]laudiae Eupatrae[3] | [*h*]eroidi, uxori C. Arrun|[*ti*] Valentis[4], tribus Ha|[*d*]riana Herculana[5].

Iconii (Wiegand ath. Mitth. 1905 p. 326. 324, prioris misit ectypum, eam edid. etiam Ramsay Classical Review 1905 p. 414). — 1) *Sacerdotis Augusti facti(?) filio, sacerdoti Augusti facto(?).* — 2) *Primus duovir fuerat coloniae Aeliae Hadrianae Iconiensium (cf. III 12137).* — 3) *Eidem Eupatrae ab alia tribu Iconiensi positus titulus III 14399[b]. Eadem cum marito memoratur in t. Iconiensi quem edid. Calder Revue de philologie 1912 p. 70.* — 4) *Huius fortasse filius L. Arruntius Longus Valens Cagnat Inscr. Gr.-Rom. III 1478. Cf. praeterea not. 3.* — 5) *Aliae tribus Iconiensium in t. Iconiensi quem edid. Wiegand l. c. p. 325.*

9416 I. o. m. | Hel.[1] | pro salute d. n. | imp. Caes. M. | Ant. Gordiani | Aug. C. Iulius | Severus Moschi[2] | dec. col. Hel.[3] statu|am luciferam | decurionatus sui hic conlo[*ca*]|tam sec. act[*a*] | Viri Iuliani . .[4]

Heliopoli Syriae (Baalbek) rep. (dedit Puchstein). — 1) *Cf. supra N. 4283 seq.* — 2) *Sc. filius.* — 3) *Decurio coloniae Heliopolitanae (cf. N. 4287).* — 4) *Cf. titulos eiusdem loci supra N. 8917. 8917[a].*

CAPVT XV.

TITVLI COLLEGIORVM.

(Addenda ad vol. II p. 737—770 N. 7211—7365).

9417

P. Sexteilius L. f. Pilo	*Πόπλιος Σεξτίλιος (sic) Λευκίου*[3]
C. Crassicius P. f.	*Γάιος Κρασσίκιος Ποπλίου*
M. Audius M. f.	*Μάαρκος Αὔδιος Μαάρκου*
M. Cottius N. f.[1]	*Μάαρκος Κόττιος Νεμερίου*
Cn. Tutorius Cn. f.	*Γναῖος Τουτώριος Γναίου*
N. Stenius M. f.	*Νεμέριος Στένιος Μαάρκου*
P. Arellius Q. l.	*Πόπλιος Ἀρέλλιος Κοίντου*[4]
Ti. Seius M. l.	*Τεβέριος Σήιος Μαάρκου*
N. Tutorius Cn. l.[2]	*Νεμέριος Τουτώριος Γναίου*
Q. Nummius Q. l.	*Κόιντος Νύμμιος Κοίντου*
D. Maicius L. l.	*Δέκμος Μαίκιος Λευκίου*
P. Castricius P. l.	*Πόπλιος Καστρίκιος Ποπλίου*
magistreis Mirquri[5] Apollini[6] | Neptuni[7] Hercolei coeraverunt | eisde dedicaverunt Cn. Papeirio | C. Caecilio cos.[8]	*οἱ Ἑρμαισταὶ καὶ Ἀπολλωνιασταὶ καὶ Ποσει|δωνιασταὶ Ἡρακλεῖ ἀνέθηκαν καὶ | καθιέρωσαν.*

Deli (Roussel et Hatzfeld Bull. corr. hellénique 33, 1909 p. 494; Holleaux misit imaginem photographicam). — 1) *Huius ut videtur frater supra N. 9237 loco quarto.* — 2) *Huius fortasse lapis sepulcralis Rheneae inventus C. I. Gr. II p. 1051 n. 2322ᵇ 94.* — 3) *Υἱὸς (aliter ac supra N. 9237) omissum more Graeco; sed sic evenit, ut ingenuorum et libertinorum in parte Graeca nullum esset discrimen.* — 4) *Cf. not. 3.* — 5) *Cf. supra N. 3206 not. 6.* — 6) *Scr.* Apollinis. — 7) *Alios titulos ab eorundem deorum magistris duodenis, quorum pars dimidia ingenui fuerunt, pars dimidia libertini, Deli positos habes supra N. 9237 cum not. 8. Soli Ἑρμαισταί, numero seni, et ipsi aequo numero ingenui et libertini, posuerunt Deli titulos supra N. 3206. III S. 7217. 14203*[4]. *Simile collegium Neptuni, hominum quattuor, Bull. de corr. hell. 33, 1909 p. 501. De collegiis Deliacis praeterea supra N. 7271.* — 8) *A. u. c. 641.*

9418 numinib. Aug. deo Intarabo[1] e[*t Genio?*[2] *collegii do*-labrarior.[3] quib. splendidissim. o[*rdo Treverorum?* . .

templ. sicut conseptum est au[*ctum?*[4]
c. a.[5] Magissio Maina tum praef. eo[*rum*

dec. I[6]	Dagissius A...in..	Secund[*ius*] Secund.	d[*ec. I*]I[7]
Borinius Mer[*i*]t[*us*]	Excingon. Secu[*ndus*]	*(sequuntur vel se-*	*(nomina*
(sequuntur	*(sequuntur vel seque-*	*quebantur nomina*	*pleraque*
nomina XV)	*bantur nomina XV)*	*non plus XVI)*	*evanida).*

Treviris rep. a. 1907 (Krüger Röm.-germ. Korrespondenzbl. 1908 p. 5. 6; Waltzing Musée belge 1909 p. 70). — 1) *Aliae inscriptiones eiusdem dei supra N. 4562—4564.* — 2) *Cf. N. 4564.* — 3) *Cf. supra N. 7246 (not. 1). 7252.* — 4) *Supplevit Waltzing.* — 5) *Curam agente.* — 6) *Decuria prima,* 7) *secunda. Collegium videtur fuisse hominum centum in duas decurias descriptum.*

9419 C. Cirrius Zosimus | sodalibus suis me|suralia d. d. Seresibus[1].

Romae rep. ad viam Nomentanam, vasa duo aenea (VI 839 not., vidit de Rossi bull. arch. crist. 1864 p. 58). — 1) *Sodales hi Serrenses, memorati in titulo eodem loco reperto VI 839, unde dicti sint, ignotum. Sed cf. supra N. 7282. 7285.*

9420 Severo et Rufino coss. | V k. Sept.[1] | acceperunt coll. fab. et cc.[2] | 𐆖[3] quingenta milia computata | usura anni uni[4] centensima u[*n*]a[5] | 𐆖[3] LX, de qua usura per singulos an. | die V idu. Ian. natale ipsius ex usura s. s.[6] | at memoriam[7] Hos.[8] Flaminini refriger.[9] | se . . .[10] debunt[11] et IIII vir.[12] et sex princ.[13] | et off. pub.[14] spor. no.[15] aureos den.[16] et sil. | sing.[17], neic *(sic)* non et per ros.[18] at memor. eius | refrigerar. deveb. n.[19] CCCLXII.

Feltriae rep. a. 1906 (Ghirardini Notizie degli scavi 1907 p. 432. Tractaverunt Cesano Rendiconti R. Accad. dei Lincei 1908 p. 238 cum imagine et docto commentario; Kubitschek numism. Zeitschr., Wien 1909 p. 47 seq.). — 1) *28. Aug. 323.* — 2) *Collegia fabrum et centonariorum* (cc. *pluralis significandi causa positum; post* cc. *periisse aliquid indicat solus Ghir.). Eadem collegia Feltriae supra N. 6691.* — 3) *Denariorum.* — 4) *Expectaveris: unius, vel potius: quotannis.* — 5) *Expectaveris: centesimis singulis.* — 6) *Supra scripta.* — 7) *Intellege: ad sepulcrum (cf. supra N. 2780. 8089 cet. 8379).* — 8) *Hostilii (Hostiliorum nomen non infrequens in illa regione).* — 9) *Refrigerare (cf. N. 8090 fin.).* — 10) *Litterae nonnulla evanidae vel potius, ut opinor, deletae (certe hoc suadet imago edita Rendic. l. c.).* — 11) *Sic Cesano et Kub.,* derunt *Ghir. Intellege: debebunt.* — 12) *Quattuorviris, sc. municipii Feltriensis.* — 13) *Sex principum vocabulo significantur ni fallor apparitores. De principalibus curiae et civitatis (cf. supra N. 4186. 5632. 6336. 6501) cogitaverunt Cesano et Kub.* — 14) *Officio publico (servis).* — 15) *Sportularum nomine.* — 16) *Denos (sc. singulos aureos quotannis accipere debebant tam quattuorviri quam sex principes).* — 17) *Siliquas ('siliqua vicesima quarta pars solidi' Isidor. orig. 16, 25, 9, cf. Mommsen Münzwes. p. 791) singulas (tantum accipere debebant singuli servi publici).* — 18) *Rosam (cf. supra N. 8369. 8371. 8373).* — 19) *Nummis? Numero? (de numero corporatorum cogitavit Ces.) Sed fortasse* n. CCCLXII *separandum ab iis quae praecedunt; similiter Patavii saepius numeri quidam titulis adscripti, cf. supra N. 5202 not. 7).*

9421 diis manib. | L. Antonio Ionico | sodali iuvenum[1], | colleg. Mart. salut.[2] | et quinq. colleg. lot. | Nemorensium[3], quinq.[4], | Cornelia Thallusa | coniug. suo ben. mer. f. | et sibi; cum quo vix. a. XXX.

Prope Genzano, ad viam quae Aricia videtur duxisse ad Nemus Dianae (G. Mancini Notizie degli scavi 1911 p. 266). — 1) *Cf. supra N. 6209. 6212. 6213. 7307 not.* — 2) *(Quinquennali, cf. not. 4) collegii Martis salutaris (cf. N. 7315. 7336 seq.).* — 3) *Idem ut videtur collegium lotorum supra N. 3255.* — 4) *Quinquennalis vocabulum videtur alieno loco positum, transponendum in locum superiorem (ante:* colleg. Mart.*).*

9422 d. [*m.*] | Sepptimus *(sic)* | [*v*]ixit a[*n.*] | XXXV, colle[*g*]ius[1] | Geni munici[*pi*] | et coniuxs | bene | [*mer. fece*]rut.

Locris (Gerace) rep. (Orsi Notizie degli scavi 1902 p. 41). — 1) collecius *lapis (cf. N. 7300 seq. 7330).*

9423 Sentia | Caelia | collegiab.[1]

Comi, ut puto, cui oppido tribuit Cyriacus in commentariis (VI 26213 servavit Cyriacus). — 1) *Collegis sexus feminini. Cf. supra N. 9249 not. 2. Titulum mutilum fuisse in fine crediderim.*

CAPVT XVI.

TITVLI MINISTRORVM VITAE PRIVATAE, OPIFICVM, ARTIFICVM.

(Addenda ad vol. II p. 771—833 N. 7366—7817.)

9424 Nicephor Caeciliaes | Crassi[1] argentarius, | et Calpis filia.

Romae in columbario extra portam Salariam rep. una cum N. 9433 (Gatti Notizie degli scavi 1905 p. 82). — 1) *Cf. infra N. 9433.*

9425 M'. Obellius | Acastus | auruf.[1] de Aurelian.[2]

Romae extra muros inter portas Salariam et Pincianam rep. (Olcott American journal of archaeology 1908 p. 45 n. 9). — 1) *Alius Manius Obellius aurifex supra N. 3683[d].* — 2) *Videtur esse locus urbis Romae praeterea ignotus, cf. N. 9427 not. 1.*

9426 Nostia Ɔ. l. | Daphne | ornatrix de | vico longo[1]. ‖ M. Nerius M. [*l.*] | Quadrato[2] | aurifex d[*e*] | vico longo.

Romae rep. extra portam Salariam (Notizie degli scavi 1909 p. 311). — 1) *Alia ornatrix de vico longo, et ipsa Nostia, supra N. 7618.* — 2) *Scr.* Quadratio.

9427 Pollia C. ⟩. l. | Urbana ornat. de | Aemilianis[1], ollas II. | M. Calidius M. l. tosor | Apoloni.[2] de Aemilianis. |

Romae extra muros inter portas Salariam et Pincianam rep. (Olcott American journal of archaeology 1908 p. 42 n. 3). — 1) *De hoc loco urbis Romae cf. (Jordan-)Huelsen Topogr. II p. 490 not. 53; C. I. L. XV 7150.* — 2) *Apollonius (cognomen Calidii, a gentilicio separatum).*

9428 v.[1] D. Veturius D. l. Diog.; | ϴ[2] D. [3] D. l. Nicepor.; | v. Veturia D. l. Fedra | de sua pecunia faciund. coir. | sibi et patrono et conlibert. | et liberto — | Nicepor conlibertus vixit mecum annos XX — | purpuraria Marianeis.[4] | viv. D. Veturius D. Ɔ. l. Philarcur.[5]

Romae rep. extra portam Salariam, villino Cenci (Vaglieri Notizie degli scavi 1907 p. 209; Gatti bull. comunale 1907 p. 355). — 1) *Vivus.* — 2) *Cf. supra N. 7228 not. 4. N. 7464 cet.* — 3) *Nomen gentilicium supplendum ex versu praecedente.* — 4) *Locus sine dubio urbis Romae, praeterea ignotus (vix oppidum Corsicae eius nominis). De monumentis Marianis (cf. Jordan-Huelsen Top. II p. 44, III p. 349) cogitavit Gatti.* — 5) *Scr.* Philargur.

9429 d. m. | C. Comisio Successo | negotianti porto *(sic)* | vinario lagonari, | Comisia Fecunda | coniugi et conliber|to b. m. fecit, | et sibi posterisque | suorum *(in lateribus urceus et patera).*

Romae ut dicitur extra portam Salariam rep., est Baltimore (Harry Langford Wilson American journal of philology 31, 1910 p. 35).

9430 Casato Carati | fictiliario, filii p. c. *(vir sinistra vas tenens, dextram pectori imponens).*

Metz, dudum latebat, denuo prodiit a. 1907 (XIII 590 inter falsas; Keune Jahrb. der Ges. f. lothring. Gesch. 18, 1906 p. 490 imaginem). Diu falsa credebatur, scilicet pessime descripta a Boissardo auctore malae fidei.*

9431 Germanus | mulio [1] Reguli.

Romae, tabella columbarii, incertum quo loco urbis rep. (VI 33884 vidit Huelsen). — 1) *Cf. supra N. 7293.*

9432 Alexander | bucularius [1] de ma|cello q. vixit annis | XXX, anima bona, om|niorum amicus; | dormitio tua inter | dicaeis *(candelabrum).*

Romae in coemeterio Iudaeorum ad viam Appiam rep. (Garrucci cim. degli antichi ebrei scoperto in vigna Randanini p. 44). — 1) *Bubularium intellegendum esse putat Garruccius, recte ut videtur.*

9433 Q. Caecilius Caeciliae | Crassi [1] l. Hilarus medicus; | Caecilia duarum | Scriboniarum [2] l. | Eleutheris | ex partem dimidiae *(sic)* sibi et suis.

Romae in eodem columbario in quo N. 9424 rep., nuc Baltimore (Gatti Notizie degli scavi 1905 p. 82, bull. comunale 1905 p. 169; Wilson American journal of philology 1910 p. 34). — 1) *Eadem Caecilia Crassi supra N. 881. 9424. Nuptam fuisse M. Crasso, M. Crassi triumviri filio maiori, probare studuit Huelsen Neue Heidelb. Jahrb. 6, 1896 p. 54 seq.* — 2) *Scribonias esse uxores Caesaris Octaviani et Sex. Pompeii, L. Scribonii Libonis consulis a. u. c. 720 sororem et filiam, coniecit Gattius. Quomodo liberta earum Caecilia appellari potuerit, incertum.*

9434 C. Mattio Lygdamo | medico Sattiae [1], | vix. ann. LXXVI, | Mattia Moschis | patrono isde coniugi, | T. Flavio Aug. l. Martia|li coiugi suo | sibi posterisq. suis.

Romae, incertum quo loco urbis rep. (VI 9590 saepius descripta saec. XVII—XIX). — 1) *Eadem ut videtur femina, quae vitam usque ad nonagesimum nonum annum produxit, memoratur Martial. 3, 93, 20. Plin. h. n. 7, 158. Seneca ep. 77, 20 (Huelsen Mus. Rhen. 63, 1908 p. 634).*

9435 *(protomae duae; inter eas capsa)* d. m. | . . [*C*]incio T. lib. | [*Ba*]sili vix. | [*a*]n. XXII et | [*P.*] Vedio P. lib. | [*Th*]repto medi|[*c*]o interf. a Taur.[1], | [*Ci*]ncius Epicte[*tus* | *co*]llibert. et amico | f. c.

Chersonesi (Rostowzev ijvěstija Imp. arch. Komm. 27, 1908 p. 55). — 1) *Tales mortes vide etiam supra N. 8500 seq. De Tauris cf. Strab. 7 p. 308; Tac. ann. 12, 17.*

Medicorum mentio etiam infra N. 9441; adde N. 9442 not. 4.

CAPVT XVI.

TITVLI SEPVLCRALES.

(Addenda ad vol. II p. 834—950 N. 7818—8560.)

9436 d. m. s. | M. Antonius Rufus Honorati fil. Tr[*omentina?*][1] | Thig.[2], Genius Veritatis[3], pius vixit an[*nis*] . . . | h. s. e., o. t. b. q.[4], t. t. l. s.[5] | *Οἵηπερ φύλλων γενεή, τοιήδε κα*[*ὶ ἀνδρῶν*][6].

Thignicae in Africa rep. (VIII S. 25916 = Carcopino mél. de l'École fr. de Rome 27, 1907 p. 31). — 1) *Cf. VIII 592.* — 2) *Thignica?* — 3) *Sic videtur dici ipse defunctus.* — 4) *Ossa tua bene quiescant.* — 5) *Tibi terra levis sit.* — 6) *Homer. Il. 6, 146.*

9437 Publiciae | Cale | Bonae deae[1] | sacrum | Martialis | servos.

Romae ad viam Nomentanam (Notizie degli scavi 1902 p. 555). — 1) *Cf. supra N. 8069.*

9438 v. f.[1] | P. Valerius M. f. | Ouf. VI vir iun.[2] | dis deabus Manibus | nomine meo et | Masyniae so . . | Martiae[3] uxori | pientissimae [*fec.*] *(a dextr.)* | ha[*ve*] *(a sin.)* | [*v*]ale.

Mediolani (At. de Marchi Rendiconti R. Istituto lombardo 37, 1904 p. 79). Persimilis vel adeo gemellus fuit titulus supra N. 8017. — 1) *Vivus feci.* — 2) *Cf. supra N. 6733.* — 3) *Nomen uxoris fortasse non recte lectum.*

9439 memoriae aeter|nae M. Rufius Catul|lus curator n. R[*hod.*][1] | vivus sibi et R.[2] Rufiano f., | Ruf. Pupae fil. | et Rufiae Saciratae fil. defunctae annor. | XXII aediclam cum vinea et muris ad opus | consummandum et tutelam eius et ad cenam omni|bus tricontis[3] ponendam ✕ II[4] in perpet., sic ut petrudeca|meto[5] consumatur. Hoc opus sub ascia est; haec o. s. l.[6] heredem n. s.

Gélignieux (non longe a Belley, dép. Ain, ad Rhodani ripam dextram), extabat in aedicula fastigiata (XIII 2494 ter quaterve descripta saec. XVI—XVIII; frustulum ex vv. 6—10 vidit Allmer). — 1) *Sic (intellege: nautarum Rhodanicorum) in lapide fuisse coniecit Allmer (*n. R III *vel* n. R VII *in uno alteroque apographo, in aliis eae litterae omissae).* — 2) *R(ufio) (apographa pleraque* R. *omittunt).* — 3) *Tricesimis (lingua celtica), i. e. tricesimo quoque die (sic, post Holderum, Loth comptes rendus de l'Acad. des inscr. 1909 p. 22).* — 4) *Denariis duobus (tantum impendendum in singulas cenas).* — 5) *Die decimoquarto (cf. Loth l. c.). Vocabulum Celticum in titulo Latino etiam supra N. 8367.* — 6) *Opera sive locus (Hirschfeld dubitans).*

9440 d. m.[1] et memoriae aeternae | C. Marti Valeri qui et | Viventi vano signo[2] | cognominatus, ani|mae innocentissi|mae et infanti dulcis|simo et desiderantissi|mo non solum a paren|tibus sed et ab amicis, qui | amissionem eiius *(sic)* flagi|tant, q. vixit annis VI | m. I d. X ut subita valetudin[*e*] | sit abreptus, C. Martius | Toutedo et Mercator.[3] | Ateurita parentes mi|serrimi amisso filio | fecer. et sibi vivi posue|runt et sub ascia dedika|verunt. Bene vale, | anima dulcissima.

Lugduni in colle Fourvière rep. (Fabia comptes rendus de l'Acad. des inscr. 1911 p. 432). — 1) d. *a sinistra,* m. *a dextra.* — 2) *Cf. N. 8021. 9022 v. 7.* — 3) *Mercatoria.*

9441 d. m. | Euhelpisti lib. qui et Manes, vixit annis XXVII | mens. IIII dieb. XI,

floren|tes annos mors subita | eripuit,

anima inno|centissima, quem | medici secarunt | et occiderunt[1]. | P. Aelius Aug. lib. Peculiaris | alumno suo.

Prope Romam trans pontem Milvium rep. (Notizie degli scavi 1911 p. 68 n. 1). — 1) *Cf. titulum Nicomediensem III S. 14188:* precisus a medico = τμηθὶς ὑπὸ ἰατροῦ.

9442 *(in sima partis adversae)* have Eugami[1], dulcissima infas! *(in media fronte)* cyria chaere Iuliane[2]! | Sosiae Iulianae filiae dulcis|simae, quae vix. ann. IIX m. IV d. XXVII, | et Tetratiae Isiadi coiugi | castissimae, matri eius, | C. Sosius Iulianus vivus p. *(a dextra homo volumen inscriptum manibus tenens, a sinistra femina psallens; tam huic quam illi superscripti litteris Latinis multi versus Graeci, nondum plene lecti. In latere sinistro sarcophagi: femina sedens in cathedra; in sima scriptum)* Memphi[3]. *(In latere dextro sarcophagi: eadem ut videtur femina in sella sedens; coram ea stat medicus, oculum ut videtur eius curans; in sima scriptum)* Memphi[3] — Glegori[4] *(sic)*. *(In parte aversa sarcophagi):* cyria chaere Iuliane! | Sosiae Iulianae *(et reliqua quae supra).*

Ravennae rep. in ecclesia S. Victoris (Amaducci bollettino d'arte del Ministero della pubbl. istruzione 1907 fasc. IV). — 1) *Signum ut videtur Iulianae.* — 2) *Κυρία χαῖρε Ἰουλιανή.* — 3) *Signum ut videtur Isiadis,* 4) *signum medici.*

9443 d. m. | Ortygiae et | Arethusae[1] ge|mellabus Cale|stria Evangelis | filiabus fecit, vix ann. XXI mens. X[2], | itu ambitu . . .

Romae rep., inter portas S. Laurentii et Maiorem (Gatti Bull. comunale 1911 p. 210). — 1) *A locis celeberrimis urbis Syracusanae nomina puellis his imposita.* — 2) *Aetatem matris significari putat Gatti.*

CAPVT XVIII.

TITVLI INSTRVMENTI DOMESTICI.

(Addenda ad vol. II p. 951—985 N. 8561—8742.)

9444 med.[1] Loucilios feced.

Strigilis aenea, prope Corchiano in sepulcro quodam reperta, est Romae in museo villae papae Iulii (Kretschmer Glotta 3, 1910 p. 45 cum tab. adiecta ad apographum et ectypum Bormanni). — 1) *Cf. supra N. 8561 not. 1*

Amphorae.

9445 Post. Curt.[1]

In amphora Tarenti inventa et in alia Syracusana (Eph. ep. 8, 242, 46; X 8051, 26 hanc vidit R. Schoene). — 1) *Sic, sed litteris* st *et* rt *contignatis, in Syracusana legit R. Schoene*, Posi. Cur. *in Tarentina Viola. Idem nomen videtur fuisse in fragmento fictili Paesti ut dicebatur reperto X 8042, 130 cf. Herm. 46, 1911 p. 619 not. 3, et in amphora Rhenana Herm. 47, 1912 p. 320.* — 1) *Est Postumus Curtius, post adoptionem Rabirii dictus Postumus Rabirius, a Cicerone defensus; cf. quae exposui Herm. 46 p. 613 seq. Eiusdem hominis liberti supra N. 4404. 4945 et alibi.*

9446 oliva | nigr.[1] | ex defr.[2]

In collo amphorae, Vindonissae repertae, atramento scriptum (Eckinger Anz. f. schweizer. Altertumskunde 1908 p. 320 tab. XVII fig. 35. 36). — 1) *Cf. supra N. 8602. Cat. r. r. 119. Varro r. r. 1, 60. 66.* — 2) *Cf. N. 8592 not. 1.* — *In alia amphora eodem loco reperta (l. c. fig. 37) videtur esse* thunni.

9447 M. Te[*r*]en[*t*]i[1] Artritaci[2]; | in nave Cn. Senti Omeri, | Ti. Claudi Orpei | vect.[3]

Pompeiis, pictum in amphora (IV 5894 descr. Mau; Sogliano Notizie degli scavi 1905 p. 257). — 1) M. Te xenii *legit Mau*, M. Terenti *edid. Sogliano.* — 2) *Sic Mau*, Artritati *Sogl.* — 3) *Vectura. 'Non agi de eo quod ipso vase continebatur, manifestum est' Mau. Inscriptionem amphorae Rhodi effossae (Inscr. Gr. antiquiss. 473): Qοσμία ἠμί, ἆγε δέ με Κλιτομίας contulit Sogliano Rendiconti R. Accad. Lincei 1909 p. 263.*

Varia opera figulina.

9448 Lucius | fecit ad | gantun|as[1] novas — Lucius f.

Wormatiae, in basi parvae statuae fictilis (XIII 10015, 105; Lehner ann. Bonn. 110, 1903 p. 191 fig. 11 cf. p. 193). — 1) *Sic potius quam* cant-, *cf. Lehner Westd. Korr.-Bl. 1904 p. 116; vide infra N. 9449*[a].

9449 Servan|dus c. C. A. A.[1] | ad forum | hordia. fe[*c.*]

Coloniae Agrippinae rep., est Bonnae, basis quadrata parvae statuae fictilis (XIII 10015, 108[c]; Lehner ann. Bonn. 110, 1903 p. 189 fig. 2 cf. p. 190). — 1) *Coloniae Claudiae Arae Agrippinae, sc. servus.*

9449[a] Vindex fe. | c. C. A. A.[1] ad gan|tunas[2] | novas.

Coloniae Agrippinae rep., basis statuae parvae fictilis (XIII 10015, 115[a]; Lehner ann. Bonn. 110, 1909 p. 191 fig. 1). — 1) *Cf. N. 9447. Idem artifex lucernae, Treveris repertae, nomen suum inscripsit (Hettner Westd. Zeitschrift 19, 1900 p. 410 tab. XXIV 2).* — 2) *Sic legit Zangemeister, confirmavitque Lehner Westd. Korr.-Bl. 1904 p. 116. Etiam in titulo XIII 10015, 99 videtur esse* ad gan[*tun*]as no[*vas*] *(Lehner l. c. p. 117 not. 2). Nomen loci coloniae Agrippinensis, derivatum a vocabulo Germanico ganta (= Gans), noto Plinio h. n. 10, 53, adhibito a Venantio carm. 4, 7, 11, ut monuit Buecheler apud Lehnerum. Gantunis deabus dedicatus est titulus supra N. 9319.*

9449[b] V k. Mart. | Macrin[*o*] | et Celso | cos.[1]

Coloniae Agrippinae rep., in postica parvae basis fictilis (Lehner ann. Bonn. 110, 1903 p. 188. 189 fig. 1). Videtur pertinuisse ad basem gemellam eius quae praecedit. — 1) *A. 164. Haec est igitur aetas qua floruit Vindex.*

9450 Atticus fec. | kanabis Bon.[1]

Treveris rep., fragmentum magnae pelvis fictilis (Graeven Korr.-Bl. des Gesamtvereins der deutschen Geschichts- u. Altertumsvereine 1904 p. 366; Siebourg ann. Bonn. 116, 1907 p. 5). — 1) *Kanabis Bonnensibus; intellege canabas legionis primae Minerviae Bonnae consistentis.*

9451[a] Severianus Gemellus fecerunt ambo.

[b] Severianus fecit formas.

Rheinzabern, in patinis fictilibus antequam coquerentur digito impressa scriptura (W. Ludowici Stempelnamen roemischer Toepfereien, Ausgrabungen 1901—1904 p. VI. VII. 107. 106 cf. Dragendorff Bericht über die Fortschritte der roem.-germanischen Forschung im J. 1905 p. 93).

9452 ex ofici|na C. V. S.[1] | ab Aquas | Regias[2].

Thysdri (el-Djem) rep., lucernae duae fictiles (Merlin bull. du Comité 1911 p. CCXII). — 1) *Fortasse, ut monuit Merlin, idem C. Valerius San . . ., cuius nomen legitur in lucerna Carthaginiensi VIII S. 22644, 335 (p. 2243).* — 2) *Aquae Regiae, provinciae Byzacenae (it. Ant. p. 47. 53 seq.), a Thysdro 56 mill. pass. (it. Ant. p. 55), fortasse Henschir Babuscha (C. VIII p. 20).*

Tabula lusoria.

9453

vincis gaudes
perdis ploras[1]
efeter[2] clamas

Romae (Bruzza ann. inst. arch. 1877 tab. F G n. 23 cf. p. 63). Tabulas com-

plures huius generis dedi supra N. 8626[a] seq. — 1) *Cf. N. 8626[d] v. 3. 2.* — 2) *Est ἔφεδρος, ut vidit Bücheler Berlin. phil. Wochenschr. 1908 p. 511, monens de glossa 'ἔφεδρος· ταβλιστὴς τρίτος' Hesychii aliorumque.* efeder *est in fragmento similis tabulae apud Ihmium Roem. Mitth. 1891 p. 215 n. 69.*

Collaria.

9454 t. m. q. f.[1]

Nemausi rep., collare aeneum (de Rossi bull. arch. crist. 1874 p. 47). — 1) *Tene me quia fugi. Cf. supra N. 8727 seq.*

9455 adultera meretrix; tene me quia fugivi de Bulla Rg.

Bullae Regiae rep., collare plumbeum (Merlin comptes rendus de l'Acad. des inscr. 1906 p. 367).

CAPUT XIX.

ANALECTA VARIA.

(Addenda ad vol. II p. 986–1002 N. 8743–8761.)

9456

1. *(6)*	actuaria — *(supra caput hominis in navi stantis, tenentis malleum)* portisculus[1]	
2. *(7)*	catascopiscus	
3. *(3)*	*κέλητες*	hypereticosque celetas[2]
4. *(2)*	celoces	labitur uncta carina per aequora |cana celocis[3]
5. *(18)*	celsa[4]	quae mesu . . xis[5] quondam por- |tantia[6]
6. *(21)*	cladivata[7]	
7. *(4)*	corbita	quam malus navi e corbita maxi- |mus ullast[8]
8. *(22)*	cydarum[9]	
9. *(5)*	hippago — *ἱππαγωγός; (ad capita trium equorum navi impositorum)* Ferox — Icarus — Cupido[10]	
10. *(14)*	horeia[11]	horeia p . . .[12]
11. *(12)*	*(infra navem)* musculus[13] — *(supra eam)* *μύδιον*[14]	
12. *(9)*	myoparo	
13. *(10)*	[*paro*]	[*tunc se fluctigero tradit man-* |[*d*]atq. paroni[15]
14. *(16)*	placida[16]	placida laia onus . . .[17]
15. *(17)*	ponto	navigia ponton . . .[18]
16. *(13)*	prosumia	alium celocem esse, alii len(?) . . . |[[*pr*]osumia[19]
17. *(1)*	ratis | sive | ratiaria — *σχεδία*[20]	

18. (19) stlatta — hinc legio stlattis iam transpor|ta-|verat amne[21]

19. (11) tesseraria[22]

20. (15) *(supra navem)* vegeiia[23] — advena quam lenis celeri vehit |unda | vegeiia[24]

21. (20) *(in navi, cuius parva tantum pars superest)* . . . erta —

(in fune ancoraria) [*cat*]apirat[*es*][25] — *(iuxta funem ancorariam)* . . . . devoret unctum[26]

22. (8) . . . . .

In Africa, in ruderibus municipii Althiburitani (Althiburos), loco dicto Henchir Medeïna repertum, iam Tunete in museo, pavimentum operis musivi, repletum imaginibus navicularum varii generis; unicuique adscripta (vel inscripta) appellatio eius propria, multis etiam alia quaedam (potissimum appellationes instrumenti navalis), non paucis subscripti versus antiquorum poetarum (VIII S. 27790 inscriptiones accurate recognovit Merlin; imaginibus additis edidit Gauckler catalogue figuré de la batellerie gréco-romaine, Monuments de la fondation Piot 12, 1905 p. 113 seq.). De nominibus navium et de versibus poetarum egit Buecheler mus. Rhen. 59, 1904 p. 321 seq.; de imaginibus navium Assmann Jahrbuch des archaeol. Instituts 1906 p. 107seq. — Catalogum navigiorum etiam pleniorem exhibet Gellius 10, 25, 5, alios similes catalogos exhibent Nonius cap. 13 et Isidorus orig. 19, 1, hi duo adscriptis testimoniis. — Appellationes navigiorum disposui ex ordine litterarum; numeris intra parentheses positis indicatur, quomodo se in ipso pavimento excipiant. — 1) *De portisculo, instrumento quodam mallei vel perticae simili, quo signa dabantur remigibus, cf. Festus p. 234. Nonius p. 151, 24. Ennius lib. VIII (ed. Vahlen 227).* — 2) *Versus ignotus, fortasse Lucilii.* — 3) *Est versus Ennianus, notus ex Isidoro orig. 19, 1, 22 (Vahlen Enn. ann. v. 478).* — 4) *Navis appellatio praeterea ignota; cf. Gauckler p. 140.* — 5) *Litteras cèrtas esse adfirmant Gauckler et Merlin.* — 6) *Versus ignotus atque obscurus; videtur deesse celsae vocabulum.* — 7) *Sic potius quam* gladivata *(Gauckler). Vocabulum ignotum.* — 8) *Est versus Lucilii, quem inter alios adfert Nonius p. 533 ad hoc ipsum corbitae vocabulum comprobandum: 'Lucilius satyrarum lib. XV: ... huic (Cyclopi) maius bachillum quam malus navis in corbita maximus ulla' (Lucil. ed. Marx. 483).* — 9) *Navis piscatoria, si imagini fides. Nomen ponit Gellius.* — 10) *Apparet dominum aedium illarum non solum philologiae sed etiam equorum circensium studiosum fuisse.* — 11) *Horia navis vocabulum, quo usus est Plautus Rud. 910. 1020 citatque ex eo Nonius p. 533.* — 12) *Particula versus ignoti.* — 13) *'Musculus curtum navigium' (Isid. orig. 19, 1, 14).* — 14) *Mydia inter navigia recenset Gellius (traditur 'moedia', correxit Heraeus mus. Rhen. 1899 p. 307).* — 15) *Versus Ciceronis (ex Mario ut videtur), quem ad paronis vocabulum apud Latinos raro usitatum adfert Isidorus orig. 19, 1, 20. In pavimento finis tantum servatus est (Ciceronis versum agnovit Gauckler).* — 16) *Placidam inter navigia recenset Gellius.* — 17) laia onus ... *legit Merlin,* la . . aonais ... *Gauckler. Versus ut videtur ignotus.* — 18) *Frustulum scaenici fortasse poetae.* — 19) *'Prosumia genus navigii' Paulus Festi p. 226 et Nonius p. 536, 10 hic adferens duos Caecilii versus. Fortasse etiam novus hic*

versus ex Caecilio petitus. — 20) *In pavimento non ratis quae proprie dicebatur, 'e tignis asseribusque conserta' (Isid. 19, 1, 9) neque 'ad eius similitudinem fabricata navis rataria' (ib.), cernitur, sed navis solitae structurae, omni ornatu carens.* — 21) *Fortasse versus Ennii, cuius habemus versum 'et melior navis quam quae stlataria portat' (ann. 226 Vahlen).* — 22) *Cf. supra N. 9220.* — 23) *Lectionem vocabuli et hic et in versu adscripto certam esse adfirmat Gauckler (photogramma certe secundo loco admittit:* vegilia). — 24) *Ennio versum adtribuit Rothstein (ap. Vahlenum Enn. p. 302).* — 25) *Supplevit Gauckler, agnoscens vocabulum Lucilianum (cf. not. 26). Vocabulum ita scriptum est, ut eius litterae pro ipsa fune ancoraria sint.* — 26) *Cf. Isidor. orig. 19, 4, 10: catapirates ('catasiorates' vel 'catapiorates' traditur) linea cum massa plumbea, qua maris altitudo temptatur. Lucilius: hunc (vel hanc) catapiratem ('cataporatem', 'cataportem' codd.) puer eodem d e f o r e t u n c t u m, plumbi pauxillum rodus linique mataxam. Cf. Lucil. ed. Marx 1191. Prioris versus lectionem emendatam ruptura pavimenti, in quo ille scriptus erat integer, nobis invidit.*

9457 quid rataris[1] transeuntes | dare debeant:
homo caballaris[2] fl.[3] IIII;
homo pedester fl. I;
burdo carricatus[4] cum burdonariu fl. IIII;
burdo levis cum burdonariu fl. II;
camellus carricatus cum camellari fl. V;
[*cam*]ellus levis cum camelariu fl. III;
[*asinus? carricatus cum*] asinario fl. IIII;
[*asinus? levis cum asinario fl. II?*]

Prope Tunetem inter Golettam (la Goulette) et Maxulam (Radès) ad stagnum Tunetanum rep., est Tunete in museo, tabula marmorea (VIII S. 24512 vidit Merlin). — 1) *Sine dubio ii qui ratibus transportabant iter facientes Carthagine Maxulam super ostium stagni Tunetani.* — 2) *'Chevalier'.* — 3) *Folles.* — 4) *'Caricato', 'chargé'.*

APPENDIX TITVLORVM GRAECORVM.

(Cf. vol. II p. 1003—1040 N. 8762—8883.)

9458 *βασιλεῖ Πτολεμαίωι Φιλοπάτορι | καὶ βασιλίσσῃ Ἀρσινόῃ*[1] *| τὸ ὕδρευμα καὶ τὸ νυμφαῖον | Λεύκιος Γαΐου Ῥωμαῖος φρουράρχων.*[2]

Itani in Creta rep. a. 1899, nunc Candiae in museo (A. I. Reinach Revue des études gr. 1911 p. 400. — 1) Titulus videtur positus esse inter a. 216, quo Philopator uxorem duxit Arsinoen, et 205, quo in titulis eis sociari solet Ptolemaeus (Epiphanes) filius. — 2) Praefectum praesidii Aegyptiorum putat Reinach. Sed fortasse cogitari potest de militibus Romanis per tempora belli Macedonici eo loco morantibus. Ceterum eodem loco repertus titulus hic Φιλώτας | Γενθίου | Ἐπιδάμνιος, τῶν πρώτων | φίλων καὶ χιλί|αρχος καὶ φρούραρ|χος, Διὶ Σωτῆρι | καὶ Τύχῃ Πρωτο|γενῇα *(Dittenberger Orient. inscr. Gr. 119), in quo notabilis mentio deae Latinorum Fortunae Primigeniae.*

9459 *ὁ δῆ[μο]ς | [Γ]νάιον Πομπήιον Γνα[ί]ο[υ] | [υἱ]ὸν Μάγνον, αὐτοκράτορα | [τ]ὸ τρίτον*[1]*, σωτῆρα καὶ εὐερ||[γ]έτην τοῦ τε δήμου καὶ | τῆς Ἀσίας πάσης, ἐπό||[π]την γῆς τε καὶ θαλάσ||[σ]ης, ἀρετῆς ἕνεκα καὶ | [εὐ]νοίας εἰς ἑ⟨υ⟩αυτόν.*

Miletopoli (Melde) prope Cyzicum (Hasluck Journal of hell. studies 27, 1907 p. 64). — 1) Cf. supra N. 8776.

9460 *Ὁ δῆμος ὁ Ἀθηναίων καὶ οἱ τὴν νῆσον οἰκοῦντες | Κόιντον Ὁρτήσιον Κοίντου υἱὸν*[1]*, τὸν θεῖον Καιπίω|νος*[2]*, διὰ τὰς ἐξ αὐτοῦ Καιπίωνος εἰς τὴν πόλιν εὐ|εργεσίας, Ἀπόλλωνι.*

Deli (Homolle bull. de corr. hellén. 3, 1879 p. 159 cf. Hatzfeld ib. 33, 1909 p. 467). — 1) Intellegitur Q. Hortensius Hortalus, oratoris filius (Drumann 3², 104), qui a. 710 Macedoniam obtinebat et mox Bruto advenienti se iunxit (Cic. Phil. 10, 6, 13; c. 11, 24. 26, Plut. Brut. 25, Dio 47, 21). — 2) Significatur, ut monuit Hatzfeld, M. Brutus, legitime dictus Q. Caepio (cf. Drumann 4² p. 22). Eum a. 710 Athenienses honorifice apud se exceperant (Plut. Brut. 24). Ei ipsi Oropii eodem fere tempore (a. u. c. 711) posuerunt titulum Inscr. Gr. VII 383: [ὁ δ]ῆμο[ς ὁ] Ὠρ[ωπίων] Κόιντον Καιπίωνα Κοί[ντου] υἱὸν Βροῦτον, τὸν ἑατο[ῦ] σωτῆρα καὶ εὐεργέτην, Ἀμφιαράῳ. *Necessitudinem quandam fuisse inter Brutum et Hortensium constat. Fieri potest ut Hortensius fuerit frater uterinus Porciae, uxoris Bruti; certe mater Porciae, socrus Bruti, Marcia Catonis, relicto Catone, iunxerat se Q. Hortensio patri. Nec tamen ob hoc Hortensius filius dici potuit* θεῖος *Bruti. Fortasse subest parentela quaedam nobis ignota, aut error Atheniensium.*

9461 ἡ πόλις Ὑπάτα Λ[ε]ύκι|ον Σεμπρ[ώ]νιον Βηστί|α υἱὸν Ἀτρατῖνον[1] | πρεσβευτὰν καὶ ἀν|τιστράτηγον, τὸν ἴδι|ον εὐεργέταν.

Hypatae in Thessalia (Inscr. Graec. IX 2 n. 39 vidit Lolling). — 1) *Idem ut videtur qui fuit praefectus classis M. Antonii et consul a. u. c. 720. Cf. Prosopogr. imp. Rom. III p. 194 n. 260. Pater eius Bestia (Calpurnius Bestia sine dubio) fortasse, ut coniecit Muenzer Herm. 44, 1909 p. 139, Bestia memoratus a Cicerone pro Cael. 11, 26, qui filium Sempronio alicui emancipaverit.*

9462 αὐτοκράτορος | Καίσαρος θεοῦ | υἱοῦ Σεβαστοῦ. | Ἁ[δ]ριανοῦ κτίστου[1]

Athenis (C. I. Att. III 430; melius Hula oesterr. Jahresh. 1, 1898 p. 27). — 1) *Haec alia manu scripta; alias bases primum Augusto, deinde aliis imperatoribus dedicatas collegit Hula l. c. p. 28 seq.*

9463 [ἀπὸ Β]ονωνίας τῆς ἐν Γαλλίᾳ[1] ἐνεχθ[εῖσα ἐπιστολὴ Τιβερίου Καίσαρος]. — Τιβέριος Καῖσαρ[2] Αἰζ[ανειτῶν βουλῇ] | δήμωι [χαίρειν]. Ἀρχῆθεν ὑμῶν τὴ[ν εὐσέβειαν(?) καὶ] | πρὸς ἐμὲ συνπαθί[αν μαθὼν ἀπεδεξά]μην ἥδιστα καὶ ν[ῦν παρὰ τῶν ὑμε]|τέρων πρεσβευτῶν [τὸ ψήφισμα τὸ] | διαφαῖνον τῆς πό[λεως τὴν εἴς με εὔ]|νοιαν[3]· πειράσομαι [οὖν ὑμῖν ὅσον] | ἂν ὦ δυνατὸς συν[αύξειν ἐν πᾶσι και]|ροῖς οἷς ἀξιοῦτε τ[υχεῖν βοηθείας].

Aezanis Phrygiae (Kornemann Klio 9, 1909 p. 422 seq. ad ectypum quod dedit Wiegand, idem supplevit). — 1) *Significatur oppidum Morinorum Gesoriacum, hodie Boulogne-sur-mer, Bononia saepe appellatum non solum inde a temporibus Constantini (cf. C. I. L. XIII 1 p. 561), sed ut ex hoc titulo discimus etiam multo antea.* — 2) *In Gallia degit Tiberius paullo post adoptionem a. u. c. 757 (cf. supra N. 8898), quo tempore videtur haec epistula scripta esse.* — 3) *Decreto Aezanitum fortasse occasionem dederat nuntius adoptionis Tiberii; simile decretum eorundem Aezanitum post nuntium de imperio Caracallac memoratur supra N. 8805.*

9464 Ἰουλίαν Σεβαστὴν μ[ητέρα κά]|στρων, ἡ λαμπροτάτη Πρ[ιηνέων] | πόλις ἀπὸ τῆς τῶν φόρων δεκά[της[1], κα]|θὰ ὁ κράτιστος ἀνθύπατος Λικίν|νιος Νέπως[2] καὶ ὁ τῶν κυρίων ἐπί|τροπος . . . . . | . . .[3] ὁ κράτιστος ὥ|ρισαν, λογιστεύ|οντος Διονυσίου Μη|νογένους φιλοσε|βάστου, ἐργε|πιστατοῦντος Τ. | Ῥωσκίου Ἰουλιά|δου.

Priene (Hiller v. Gärtringen Inschriften von Priene n. 230). — 1) *Decima pars tributi conversa in statuam Augustae.* — 2) *Fortasse Q. Licinius Nepos, frater Arvalis sub Commodo et Pertinace.* — 3) *Nomen procuratoris erasum.*

9465 ἐπὶ κρατήσεως Φλ. Κλ. Ἰουλιανοῦ | αὐτοκράτορος Αὐγούστου | ἀνίθη[1] τὰ ἱερὰ καὶ ἀνοικοδο|μήθη[2], καὶ ἀφιερώθη ὁ να|ὸς ἐν ἔτ. σνϛ[3] Δύσ[τ]ρου ϛ[4].

In vico Auranitidis ʿAnz, a Bostra circ. 20 mill. pass. (Dussaud et Macler Nouv. Archives des miss. scientif. 10, 1902 p. 678 n. 608). — 1) ἀνείθη. *Templa aperiri iusserat Iulianus, cf. Amm. Marcell. 22, 5, 2.* — 2) *Cf. supra N. 4197.* — 3) *Anno (provinciae Arabiae) CCLVI (p. Chr. 361/2). Provincia Arabia annos computabat a d. 22 Mart. 106 p. Chr.* — 4) *20 Febr. (cf. Ideler 1, 437).*

9466 [τ]ὴν αἰωνίαν καὶ θεοφιλε|[σ]τάτην Αὐγοῦσταν Αἰλίαν | Φλαβίαν Φλακκίλλαν[1] | τὴν δέσποιναν τῆς οἰκουμένης, | Κᾶρες ἱδρυσαν ἐν τῇ ἑαυτῶν | μητροπόλει.

Aphrodisiade Cariae (Revue des études gr. 1906 p. 110 n. 30 descr. Gaudin). — 1) *Theodosii senioris uxor prior, defuncta a. 388 (cf. Eckhel 8, 164).*

9467 ἀγαθῇ τύχῃ | Ἄππιον Σαβεῖνον[1] ἔπαρχον Αἰγύπτου καὶ | τῆς Ἀσίας ἐπανορθωτήν[2], τὸν λαμπρότα|τον, ἡ κρατίστη καὶ φιλοσέβαστος βου|λὴ τὸν ἑαυτῆς καὶ τῆς πόλεως εὐεργέ|την, ἐπιμελησαμένου τοῦ ἀξιο|τάτου βουλάρχου Μ. Αὐρ. Ὀφελλίου . .|μενου τοῦ Ὀφελλίου, ταμίου τοῦ νε|ὼς Ἀπόλλωνος καὶ ἀγωνοθέτου τῶν με|γάλων Διδυμείων Κομμοδείων.

Mileti (Wiegand siebenter vorläufiger Bericht über Ausgrabungen in Milet, Abh. Akad. d. Wiss. 1911, p. 70). — 1) *Appius Sabinus vel Aurelius Appius Sabinus praefectus Aegypti fuit a. 250 (cf. Prosopogr. imp. Rom. I p. 196 n. 1209a).* — 2) *Correctoris Asiae munus senatorium. Idem ut videtur* Ἄππιος Σαβῖνος ὁ λαμπρότατος ὑπατικὸς *(Inschr. v. Olympia n. 355).*

9468 . . . . .[1] | Φλαβίων Λεπίδης καὶ | Φαιδρείνης καὶ Φαίδρου καὶ | Δαμιανοῦ ὑπατικῶν[2] | ἀνεψιόν, Φλαβίας Ἀννίας | Ἀπελλιανῆς τῆς κρατίστης | ἔκγονον, Φλαβίων | Ἀπελλᾶ καὶ Δαμιανοῦ[3] καὶ | Οὐηδίας Φαιδρείνης | ἀδελφῆς Οὐηδ. Ἀντωνείνου[4] | τοῦ τῆς κρατίστης μνήμης | τοῦ χρησαμένου κληρονόμῳ | τῇ Ἐφεσίᾳ θεῷ Ἀρτέμιδι, | ἔκγονον, ἀδελφὸν | Δαμιανοῦ καὶ Ἀντωνείνου | συνκλητικῶν[5], | ἔκγονον καὶ ἀπόγονον καὶ | ἀνεψιὸν πολλῶν ὑπατικῶν, | τὸν ἐπιεικῆ καὶ εὐσταθῆ | λόγων καὶ ἤθους ἕνεκεν | καὶ τῆς ἐν πᾶσιν ἀρετῆς, | Γ. Ἰούλιος Πολυχρόνιος | βουλευτὴς κο.[6] καὶ τῆς | λαμπρᾶς Κυζικηνῶν | μητροπόλεως | [τὸ]ν ἀσύνκριτον ἑαυτο[ῦ] φίλον | [καὶ χρ]ηστὸν πάτ[ρωνα].

Ephesi (Benndorf Forschungen in Ephesus I 1906 p. 211). Tractavit Groag Jahresh. oesterr. arch. Instituts 10, 1907 p. 291 seq. — 1) *Nomen honorati videtur scriptum fuisse in plintho basis quae periit.* — 2) *Iidem ut videtur Flavius Damianus et Flavius Phaedrus consulares in titulo Tralliano supra N. 8836.* — 3) *Damianus diversus ab eo qui praecedit.* — 4) *De hoc Vedio Antonino cf. Prosopogr. imp. Rom. III p. 390 n. 211; Groag l. c. p. 293.* — 5) *Diversi sine dubio Damianus et Antoninus consulares supra N. 8836.* — 6) κοινός (?).

9469 τὴν λαμπρο|τάτην καὶ διασση|μοτάτην κολων[ί]|αν Ἰουλίαν Κονκορ[δί]αν[1] Καρθαγίναν, ψηφ[ι]|σαμένης τῆς τρὶς νεωκ[ό]|ρου Ἐφεσίων πόλεως[2], | Λ. Ῥασίννιος Ἕρμιππος, | φιλοσέβ., παραφύλ[αξ], | στρατηγός, ἀγορα[νό]μος, ἐπὶ τῇ πρὸς [τὴν] | πατρίδα ἐξαιρέτῳ α[ὐ]|τῆς τειμῇ καὶ φ[ροντίδι, καθ' ἃ] ὑπέ[σχετο ἐν | τῇ βο]υ[λῇ].

Ephesi rep. (Heberdey Forschungen in Ephesus 2, 1912 p. 170 n. 5). Tractavit Cagnat Revue épigr. nov. ser. 1, 1913 p. 4 seq. — 1) *Coloniae Iuliae Carthagini etiam Concordiae nomen fuisse ex hoc demum titulo discimus. Ceterum iam apparet in titulo Carthaginiensi supra N. 345 (= VIII S. 12513) versus finem sup-*

plendum esse: colonia Con[*cordia Iulia Carthago*] beneficiis eius aucta, *item supra N. 9404 et in aliis quibusdam similibus titulis Africanis (VIII S. 15205. 15529. 23820) litteras* C·C·I·K *accipiendas esse de colonia Concordia Iulia Carthagine.* — 2) *Τρὶς νεωκόροι Ephesii in nummis dicuntur inde a temporibus Caracallae (Eckhel 2, 520; Head hist. numorum ed. 2, 1911 p. 577).*

9470 . . . . . ενον Σ[ε]|βαστοῦ ἀπελεύ|θερον, ἐπίτροπον | καλενδαρίου | Οὐηλιανοῦ, ἐπ[ί]|τροπον χαρτη|ρᾶς Ἀλεξανδρεί|ας, ἐπίτροπον | Καππαδοκίας, | Ἰούλιος Σερίν|τιος (sic) Αἰμιλιανὸς | [τ]ὸν ἑαυτοῦ | [εὐ]εργέτην.

Laodiceae Combustae (W. M. Calder Klio 1910 p. 236; Zucker Philolog. 70, 1911 p. 80). — 1) *Curatores calendarii novimus complures, X 1824. XI 6369; cf. supra N. 7119, procurator calendarii Augusti libertus novus.* — 2) *Lectio certa, solius litterae* H *pars posterior periit (Zucker; χάρτη[ς ἱε]ρᾶς Ramsay et Calder). In papyris quibusdam reperiri χαρτηρᾶς (scilicet ὠνῆς vel διαγραφῆς) vocabulum notat Zucker p. 85.*

9471 [Λ.? Ἀ]βουρν[ίῳ] . . . . . . α [ἐπάρχ]ῳ τῶν ἐπὶ Ῥώμης τ[εχ]νιτῶν[1], χειλ[ιάρ]|χῳ λεγιῶνος τρίτης [Σ]εβαστῆς, ἐπ[άρ]|χῳ σπίρης τρίτης Σεβαστῆς Θρακῶ[ν] | ἱππικῆς[2], ἐπάρχῳ σπίρης τρίτης Θρακῶ[ν] | Συριακῆς ἱππικῆς[3], ἐπιμελητῇ[4] σπίρη[ς] πρώτης Οὐλπίας Πετραίων[5], ἐπιμελ[η]|τῇ εὐθηνίας[6] ἐν τῷ πολέμῳ τῷ Παρθικ[ῷ][7] | τῆς ὄχθης τοῦ Εὐφράτου, χιλιάρχῳ λε|γιῶνος ἕκτης Σιδηρᾶς[8] καὶ δεδωρημ[έ]|νῳ ὑπὸ τοῦ αὐτοκράτορος Καίσαρος Θ[ε]|οῦ Νερούα Τραιανοῦ Σεβ. Γερμανικ. Δακ. | Παρθικ. σημιαφόρῳ[9] δόρατι[10] στεφάνῳ χρυσ[ῷ | τ]ιχικῷ[11], ἐπάρχῳ εἴλης πρώτης Οὐλπίας σι[γ|γ]λαρίων[12], γενομένῳ δὲ καὶ ἐγδίκῳ ὑπὲρ | τῆς πατρίδος περὶ τῆς τῶν ὅρων ἀποκα|ταστάσεως, ἔχοντ[ι] δὲ καὶ ψηφίσματα | μαρτυρητικὰ καὶ τε[ι]μητικὰ παρὰ πολλῶ[ν] | ἐπαρχειῶν, Λ. Ἀβούρνιος Ἀβουρνίου Τουσ|κιανοῦ υἱὸς Τορκουᾶτος ἔπαρχος σπεί|ρης δευτέρας Ἱσπα[ν]ῆς ἱππικῆς πολει[τῶν | Ῥω]μαίων[13], χιλίαρχος σ[π]είρης τρίτης Ο[ὐλ | πί]ας Πετρα[ίω]ν[14], [ἔπαρχος εἴλη]ς π[ολειτῶν | Ῥωμ]α[ίων,[15] . . . .

Alabandae Cariae rep., est Braunsberg Borussiae (Premerstein oesterr. Jahreshefte 1910 p. 200). — 1) *Cf. supra N. 8864.* — 2) *Cohors tertia Augusta Thracum a. 157 in exercitu Syriaco, cf. supra N. 9057.* — 3) *Eadem cohors supra N. 9173.* — 4) *Curatoris cohortis munus plerumque centurionicum videtur fuisse, cf. supra N. 2615 (fin.). 9150, sed habemus supra N. 8907 praefectum cohortis, cura aliarum cohortium fungentem.* — 5) *Eadem cohors supra N. 2724. 9057.* — 6) *Cf. supra N. 2765. (Paullo diversa, scilicet non a praefectis militum exercita, cura annonae militaris memorata supra N. 8879. 9018.)* — 7) *A. 114—116.* — 8) *Alium tribunum eiusdem legionis eodem bello iisdem donis donatum habes supra N. 2726.* — 9) *Significatur vexillum.* — 10) *Hasta pura.* — 11) *Corona vallaris (aurum in hac mirum).* — 12) *Ala prima Ulpia singularium etiam supra N. 9052.* — 13) *Eadem cohors IX 5066; item ut videtur III S. 6760; Eph. 8 p. 395, 104.* — 14) *Eadem cohors supra N. 9013.* — 15) *Sic supplevit Premerstein, nisus ut videtur particulis litterarum in lapide relictis, cogitatque de ala prima*

civium Romanorum exercitus Pannonici memorata supra N. 1997. 2004. et alibi.

9472 κατὰ τὸ δόξαν τῇ | κρατίστῃ βουλῇ καὶ | τῷ ἱερωτάτῳ δήμῳ· | Γ. Μέστρ(ιον) Σερουιλια|νὸν τὸν ἀξιολογώ|τατον ἱππῇ Ῥωμαῖ., | χειλίαρχον σπείρης | πρώτης Μουσουλαμῶν | ἱππικῆς[1], ἔπαρχον | εἴλης ἱππέων ἀριθμοῦ | Παλμυρηνῶν[2] Πορολυσ|σηνῶν[3], Ἀντώ. Πούβλιο[ς][4] | τὸν πατρῷον.

Thessalonicae rep. (Petrus N. Papageorgiu in ephemeride Thessalonicensi Ἀλήθεια *23 Sept. 1906).* — 1) *Cohors prima Musulamiorum, exercitus Mauretanici, cf. supra N. 2003; VIII 4879.* — 2) *Numerus hic Palmyrenorum diversus a numero sagittariorum Palmyrenorum Numidiae (cf. supra N. 2625. 4340. 9173), notus ex titulis Dacicis III 837. 7693. 7998. 14216. Mirum, praepositum eius dici praefectum alae equitum.* — 3) *Porolissenses dicti a loco ubi tendebant, ut cohors Brittonum supra N. 9009 Maluensis.* — 4) Πούβλιον *editum, errore puto typographi.*

9473 Θεός. Τύχα ἀγαθά. | Μηνὶ Ποιοτροπίῳ γ', ἐν ἐννόμῳ | δαμιουργίῳ· ἔδοξεν τοῖς | δαμιουργοῖς Γ. Ἰουλίῳ Πούδεν|τι φρουμενταρίῳ λεγιώνης (sic) πρώ|της Ἰταλικῆς στρατιώτῃ ἐπὶ τῶν | ἔργων ὄντι τῶν κατασκευαζομέ|[ν]ων ὑπὸ τοῦ κυρίου Καίσαρος Τρα|[ιαν]οῦ Ἁδριανοῦ Σεβαστοῦ[1], καλῶς | [καὶ] αἰδημόνως ἐπιδημοῦντι, δο[ῦ]|ναι πολιτείαν. | [Ἄ]ρχοντος αὐτοκράτορος Καίσαρος Τρα|ιανοῦ Ἁδριανοῦ Σεβαστοῦ.

Delphis (Bourguet de rebus Delphicis imperatoriae aetatis p. 43). — 1) *Nota frumentarium curam operum dominicorum Delphis agentem. Cf. Domaszewski Rangordnung p. 63. 109.*

9474 [Αὐ]ρ. Γαΐον ἑκα|τόνταρχον φρου|μεντάριον, ἁ|γνῶς καὶ ἀνδρεί|ως ἀναστραφέν|τα ἐν τῷ τῆς Ἀσί|ας ἔθνει, εὐνοί|ας καὶ στοργῆς ἕ|νεκεν τῆς εἰς αὐ|τὴν ἠμείψατο. | Ἐπεμελήσατο τῆς | ἀναστάσεως τοῦ | ἀνδριάντος ὁ ἀξι|ολογώτατος Ἀντ. | Νεικό|μαχος.

Aphrodisiade Cariae (C. I. Gr. 2802 et melius Th. Reinach Revue des étud. gr. 1906 p. 146 n. 78 descr. Gaudin).

9475 Ἄρη Ἐνυαλίῳ | Λούκιος Καλπο|ύρνιος Λ. υ. Κολλε|ίνα Λόνγος οὐε|τρανὸς ἐκ πρα[ιτ]|ωρίου Αὐγούστου . . . .|υ[1] καὶ θεοῦ Τίτο|υ καὶ θεοῦ Οὐεσ|πασιανοῦ.

Inter Barim (Isparta) et Prostannam (Egerdir) Pisidiae (descriptam ab Hans Rott et Michel edidit W. Weber in illius kleinasiatische Denkmäler, 1908 p. 352 n. 15). — 1) *Fortasse periit Domitiani nomen.*

9476 Ἰοῦστος Βικτωρίῳ | Σαβίνῳ τῷ πάτρωνι | ἑαυτοῦ κατεσκεύασε | τὸ λατόμιν ἐκ τῶν | ἑαυτοῦ, λεγιῶνος | πρώτης Μεινέρβα[ς] | φρουμεντάρις Αὔ|γουστος[1] χώρας[2] Λουγ|δούνου. Χαῖρε, πολεῖτα, | πόλεως Οὐλοκασ|[σ]είνου.[3]

Ieracleae Ponticae (Doublet bull. de corresp. hell. 1899 p. 317; inde Inscr. Rom. III 80). — 1) *Sic traditur; quomodo emendandum, incertum.* — 2) *An fuit χώρτης? (Hirschfeld).* — 3) *Veliocasses populus Galliae Lugdunensis, quorum caput Rotomagus. Cf. supra N. 7035. C. XIII 1 p. 512.*

9477 . . .[1] [Ἀντωνι]|νιανῆς, ἥτις λεγ[ι]|ὼν[2] ἐστὶν ἐν Σιν[γ]ά|ροις[3] τῆς Μεσοποτα|μίας πρὸς τῷ Τί|γρει ποταμῷ.

Aphrodisiade Cariae (Perrot Revue arch. 1876 II p. 39 descriptam a Choisy). — 1) *Legionis primae Parthicae nomen periisse probabiliter coniecit Perrot (cf. Dio 55, 24. Ammian. Marc. 20, 6, 8).* — 2) *ΛΕΤ|ΩΝ,* 3) *ΣΙΝΤΑ|ΡΟΙΣ traditur.*

9478 τῷ κρατίστῳ Αἰλίῳ | Αἰλιανῷ[1] δουκη.[2] ἐκ π[ρο]|τηκτόρων, ἐπιτρόπῳ | τῆς Ἠπείρου καὶ Παννο|νιῶν ἀλλὰ γὰρ καὶ κατὰ | τὴν Ἰταλίαν, κηνσείτορι | ἐπαρχείας Νωρικοῦ, | τὸ συνέδριον Φωτι|κησίω[ν] τῷ εὐεργέτῃ | ψηφ[ίσματι].

Limboni in Epiro, ubi fuit Photice (Grégoire bull. de corresp. hellén. 31, 1907 p. 39 descr. Panagiotides). — 1) *Incertum an idem Aelius Aelianus III 3529 (cf. Mommsen Ges. Schr. 8, 420). Alius ut puto eiusdem nominis supra N. 4495.* — 2) *Δουκηναρίῳ cf. Mommsen Ges. Schr. 8, 424 seq.*

9479 Τραιανὸν Μουκιανὸν δουκ.[1], | στρατευσάμενον ἐν χώρτῃ α′ Κον|κορδ.[2] καὶ ἐν λεγ. β′ Παρθ., ἱππέα χωρτ. | ζ′ πραιτωρ., ἠβοκᾶτ., ⳩ προτήκτορα[3] | λεγ. γι′ Γεμ., ⳩ προτ. βιγουλ., ⳩ πρ[ο]|τηκτ. οὐρβ. καὶ ⳩ προτ. χωρτ. ε′ πρ[αι]τ.[4] | [κ]αὶ πρίνκιπα προτ.[5], πρειμοπ[ιλάριον] ἐκ τῶν | . . . . διεξερχομένων π . . . ἔπ]αρχ. λεγ. δ′ Φλαβ., σ . . . [λεγ ζ′ Κλ]αυδ. καὶ δ′ Φλαβ., ... | . . . . . τριβ. λι[β]ουρ[ν.][6] . . . . | . . . . στρατε[υ]ο[μ . . . . Ὀσροηνῶν καὶ | . . . . . τ. καὶ ἐξπλωρατ. | . . . . . . δουκηναρ., ἔπα[ρ|χον] . . . . πράξαντα ἐν Μεσο[πο|ταμίᾳ, ἔπαρχον λεγ. ιγ′] Γεμ., στρατηγὸ[ν] | . . . . τῶν πάλιν στρατευ[ο|μένων . . . ἱππ]έων Μαύρων καὶ Ὀ[σ|ροηνῶν, ἔπαρχον λε]γ. β′ Τραιαν., στρ . . | . . . λεγ.] δ′ Φλαβ. καὶ β . . | . . . . [πρ]άξαντα ἐν Θρ[άκῃ] | . . . . . . καὶ ἄρξα[ντα] . . . . . . | . . . | . . ς αὐτοῦ πά[λιν] . . . | καὶ πάλιν λαβόντα . . . . . . | εἰς τὴν ὑπηρεσίαν . . . . [ἡ] | πατρὶς εὐτυ[χῶς].

Traianae (Stara Zagora) in Thracia rep. (Domaszewski, qui vidit ectypum, Rangordnung des roem. Heers p. 185 cum commentario). — 1) *Δουκηνάριον.* — 2) *Cohors prima Concordiensium praeterea ignota.* — 3) *Centuriones protectores hucusque noveramus ex solis titulis Coloniensibus XIII 8273. 8291.* — 4) *Non rara haec series centurionatuum urbanorum, cf. supra N. 9189. 9190; nova protectoria dignitas in unoquoque eorum.* — 5) *Principem protectorum nondum noveramus.* — 6) *Sic Domaszewski qui etiam reliquas lacunas explevit.*

9480 Μ. Ἰου[λ.] Εὐ[γέ]νιος Κυρίλλου Κέλερος Κουησσέως[1] βουλ.[2] | στρατευσ[ά]μενος ἐν τῇ κατὰ Πισιδίαν ἡγεμονικῇ τάξι[3], | καὶ γήμας θυγατέρα Γαίου Νεστοριανοῦ συνκλητικοῦ | Φλ. Ἰουλ. Φλαουιανήν,

καὶ μετ' ἐπιτειμίας στρατευσάμενον[4], | ἐν δὲ τῷ μεταξὺ χρόνῳ κελεύσεως φοιτησάσης ἐπὶ Μαξιμίνου[5] | τοὺς Χριστιανοὺς θύειν καὶ μὴ ἀπα[λ]λάσσεσθαι τῆς | στρατείας, πλείστας δὲ ὅσας βασάνου[ς] ὑπομείνας | ἐπὶ Διογένους[6] ἡγεμόνος, σπουδάσας [τ]ε ἀπαλλαγῆναι | τῆς στρατείας τὴν τῶν Χρειστιανῶν πίστιν φυλάσσων, | χρόνον τ[ε] βραχὺν διατρείψας ἐν τῇ Λαοδικέων πόλι | καὶ βουλήσει τοῦ παντοκράτορος θεοῦ ἐπίσκοπος | κατασταθ[ε]ίς, καὶ εἴκοσι πέντε ὅλοις ἔτεσιν τὴν ἐπισκοπὴν | μετὰ πολ[λ]ῆς ἐπιτειμίας διοκήσας (sic), καὶ πᾶσαν τὴν ἐκλησίαν (sic) | ἀνοικοδο[μ]ήσας ἀπὸ θεμελίων καὶ σύνπαντα τὸν περὶ αὐτὴν | κόσμον, τουτέστιν στοῶν τε καὶ τετραστοῶν καὶ | ζωγραφιῶ[ν] καὶ κεντήσεων[7] κὲ ὑδρείου καὶ προπύλου καὶ πᾶσι τοῖς λιθοξοικοῖς ἔργοις καὶ πᾶ[ν ἀπ]αξαπλῶ[ς][8] κατασκευά[σας, λογισάμε]νός[9] τε τὸν τῶν ἀνθρώπων | βίον ἐποίησα ἐμαυτῷ πέ[λτα[10] τε] καὶ σορὸν ἐν ᾗ τὰ προ[γεγραμμένα] ταῦτα ἐποίησα ἐπιγ[α]ρφῖνε[11] | [εἰς κόσ]μον τῆς τε ἐκλ[ησίας κὲ][12] τοῦ γένους μου.

Laodiceae Combustae (W. M. Calder in eph. Expositor Nov. 1908 p. 387, denuo conlatam Klio 1910 p. 233 cum tab.; apographum imperfectum innotuerat compluribus viris doctis saec. XVIII, cf. not. 8). — 1) *Nomen vici, ex quo oriundus Cyrillus Celer.* — 2) *Βουλευτοῦ (Laodiceni).* — 3) *Militaverat in officio praesidis Pisidiae (τάξις officium; cf. aeg. Urk. Berl. Mus. 306, et alibi passim).* — 4) *Scr. στρατευσάμενος.* — 5) *Maximinus Daza (a. 305—313); is defuncto Galerio (a. 311) persecutionem Christianorum renovaverat (de mort. persec. 36). Cf. Mommsen Ges. Schriften VI 560 (ad titulum Arycandensem III S. 12132).* — 6) *Idem praeses Pisidiae supra N. 8932 (cum not. 2).* — 7) *Operis perforati?* — 8) *π[άντ]ας ἁπλῶ[ς] Calder, correxit Wilhelm Klio 1911 p. 390; πασῶν ἁπαξαπλῶς καταστάσεων apographum vetustum apud Marinium cod. Vat. 9072, desinens in his verbis.* — 9) *Supplevit Franchi de'Cavalieri note agiografiche 3 (studi e testi, Roma, 22, 1909) p. 61.* — 10) *πέλτα saepius in sepulcris Phrygiae, cf. Calder Revue de philologie 1912 p. 51.* — 11) *Intellege: ἐπιγραφῆναι (Wilhelm l. c., cf. not. 8).* — 12) *Sic Wilhelm; ε[ἰς τύμβον ἐ]μὸν τῆς τε ἐκ[λογῆς ἀπ]ὸ suppleverat Ramsay.*

9481 ἔνθα κατάκιτε | Ἰουστῖνος τρι|βοῦνος Βαλεν|τινιανηνσίουμ[1] | νεοφώτιστος[2].

Vragnizzae prope Salonam (III p. 282ᵇ vidit Mommsen; Hirschfeld arch. epigr. Mitt. aus Oestr. 9, 1885 p. 19 n. 30). — 1) *Cf. Notit. dign. occid. c. 7, 61.* — 2) *Recens baptizatus.*

9481ᵃ [ἐνθάδε κῖ]|τε Μηνᾶς | πρημηκίρις | Ματτιακῶν | νουμέρου | σενιόρων[1].

Nicopoli (Purkh) Ponti (Grégoire bull. de corresp. hellén. 33, 1909 p. 34). — 1) *Cf. Notit. dign. Orient. c. 5, 53; supra N. 2800. 9215.*

MANTISSA.

9482 Q. Numerio Q. f. | Rufo[1] q.[2] | stipendiariei | pagorum Muxsi | Gususi Zeugei.

Uticae (Merlin c. r. de l'Acad. des inscr. 1913 p. 106). — 1) *Idem ut videtur qui legatus, C. Caesaris ut puto, in insula Issa Dalmatiae posuit titulum III 3078 = I ed. 2 n. 759. Tribunus plebis fuerat a. u. c. 697 (Cic. pro Sest. 38, 82. 43, 94 cum schol. Bob. ad 33, 72 p. 97 ed. Hildebrandt).* — 2) *Quaestori (provinciae Africae). Titulum quaestori positum a mancipibus stipendiorum Africae habes supra N. 901.*

9483 . . . . | Favonio[1] cos., pro | cos. Asiae, XV viro | sacr. faciendis, soda|li Augustal., IIIvir. cen|tur. equit. recognosc. | censoria potestat.[2], | leg. divi Augusti et Ti. | Caesaris Augusti | . . .

In Phrygia, in ponte Caystri, prope locum ubi videtur fuisse Iulia Ipsus (descripserunt Ramsay et Calder a. 1911, hic recognovit a. 1912, edidit Journal of Roman studies 2, 240). — 1) *Proconsul hic Asiae, extremae ut videtur aetatis Augusti vel ineuntis Tiberii ignotus; nisi forte Favonius alterum nomen unius ex nobilibus eius aetatis iam notis.* — 2) *'Triumviratum recognoscendi turmas equitum, quotiensque opus esset', ab Augusto excogitatum, memorat Suetonius Aug. 37. Eodem munere functus est etiam L. Volusius Saturninus, 'censoria potestate legendis equitum decuriis functus' Tac. ann. 3, 30 (cf. supra N. 1954 not. 1).*

9484 A. Ducenio | Gemino[1] cos., | XVvir. sacris | faciundis, sodali | Augustali, curatori | vectigalium public.[2], | leg. pro pr., patrono.

Naronae rep. (Patsch Jahrbuch für Altertumskunde der k. k. Zentral-Kommiss. 2, 1908 p. 96). — 1) *Cf. supra N. 5953. 9378.* — 2) *A. 62, cf. Tac. ann. 15, 18.*

9485 C. Carist[*a*]|nio C. f. Ser. F[*ron*]|toni[1] trib. mil., p[*raef.*] eq. al. Bosp.[2], adl[*e*]|cto in senatu inter | tribunic., promoto in|ter praetorios, leg. pro | pr. Ponti et Bithyn., leg. imp. | divi Vespasian. Aug. leg. | IX Hispanae in Britann., | leg. pro pr. imp. divi Titi | Caes. Aug. et imp. Domitian. | Caes. Aug. provinc. Pam|phyliae et Lyciae[3], patro|no col. | T. Caristanius Cal|purnianus Rufus | ob merita eius, h. c.

Antiochiae Pisidiae (misit Ramsay a. 1912). — 1) *De homine cf. infra*

not. 3. — 2) *Sic potius quam* Bost. *Ala Bosporanorum supra N. 2510 et alibi, ala Bostranorum ignota.* — 3) *Ut legatus Lyciae et Pamphyliae memoratur in alio titulo Antiochensi Cagnat inscr. Graec. ad res Rom. pert. III 300 et in compluribus titulis provinciae Lyciae ib. n. 512. 555. 729. Postea videtur factus esse consul et proconsul Asiae, cf. III S. 14192[4]. Eiusdem hominis nomen ut videtur in amphoris Romae et Carthagine repertis (VIII 22637, 26. XV 3427).*

9486 Q. Planio Sardo . . . . . | Ambibulo cos.[1], tr. [*mil. leg.*] . . . | piae fidelis, X vir[*o stlitib. iudicandis*], | quaestori, trib. p[*leb., praet., praef. fr.*] | dandi ex s. c., proc[*os. provinc. Mace*]|doniae, leg. leg. II [*Adiutr. in Pannonia*][2] | inferiore, leg. leg. . . . ., | patrono [*col.*] | d. d.

Cuicul (Djemila) in Numidia rep. (Cagnat bull. des antiquaires 1911 p. 118). — 1) *A. inc. (diversus Ambibulus consul a. 126, quem Eggium fuisse constat cf. Prosopogr. imp. Rom. II p. 31 n. 4) et ad quem videtur pertinere titulus supra N. 1054.* — 2) *Supplevit Cagnat.*

9487 M. Sedatio C. f. | Quir. Severiano | Iul. Acri Metil. Nepoti | Rufino Ti. Rutiliano | Censori[1] tr. pl.[2], quaes. | prov. Sicil., | praet., leg. Aug. | leg. V Maced., curat. viae | Flamin., leg. Aug. pr. pr. | provinc. Dac.[3], cos.[4] | col. Ulp. Traiana Dac. Sarm. | patrono.

Szelistye in Dacia rep., est Hermannstadt (Finály Jahrb. des arch. Inst., Anzeiger 1913 p. 533 cum imagine p. 530). — 1) *Hic est M. Sedatius C. f. Severianus Iulius Rufinus patronus complurium collegiorum Ostiensium tempore Antonini Pii (XIV 247. 248; supra N. 6174 cum not. 4).* — 2) *Ordo honorum perturbatus.* — 3) *Legatus Daciae M. Sedatius Severianus dudum notus ex III 1575.* — 4) *Cf. supra N. 3896. 5423. Post hunc titulum positum Severianus factus est legatus Cappadociae in quo munere ei positus est titulus Zelensis editus a Grégoire (studia Pontica III n. 271): M. Ση[δ]άτιον Σεουηριανὸν πρεσβευτὴν καὶ ἀντιστράτηγον τῶν Σε[β]αστῶν κτλ.; cf. etiam Cagnat inscr. Graec. ad res Rom. pert. III 113 not. 1; paullo post ipse cum exercitu a Parthis est occisus. Cf. Ritterling mus. Rhen. 59, 1904 p. 186.*

9488 Ti. Cl. Subatianae Aquili|nae et Ti. Cl. Dignae Subati|ae Saturninae cc. pp.[1], filia|bus Ti. Cl. Subatiani Pro|culi leg. Auggg. pr. pr. prov. | splend. Numid.[2], c. v., cos. de|sig., leg. leg. VI Ferratae | fidelis constantis[3], curatoris | Atheniensium et Patrensium, | praetoris urbani candidati, tri|buni candidati, q. urbani, sub|praefecti classis praetoriae Misenatium, praefecti alae | constantium, tribuni coh. | VI civium Romanorum, praef. | cohortis III Alpinorum, | res publica Cuiculitano|rum, hominis boni, praesi|dis clementissimi, ob insignem eius in patriam suam | praestantiam. | D. d. p. p.

Cuicul (Djemila) rep. a. 1910 (Bull. du Comite 1911 p. 117). — 1) *Clarissimis puellis.* — 2) *Subatianus Proculus legatus Numidiae fuit a. 208 (VIII4 323).* — 3) *Eadem cognomina legionis sextae Ferratae, addito felicis vocabulo* (leg. VI Ferr. f. c. fel.) *in cingulo aeneo (Domaszewski Roem.-germ. Korr.-Bl. 1910 p. 9).*

9489 L. Alfeno M. filio | Quir. Senecioni | sacerdoti Neptunali, proc. Aug. pro|vinciae Belgicae, Cuiculitani, | quod promptissima | benignitate sua uti|litates coloniae | suae splendidissime | iuvit nuper cum provinciae Maureta|niae Caesariensi | praesset[1], | d. d. p. p.

Cuicul (Djemila) in Numidia rep. (Cagnat bull. des antiquaires de France 1911 p. 122). — 1) *Huc pertinet titulus Auziensis VIII 9046. Cuiculitani vicini provinciae Caesariensis.*

9490 L. Titinio Clodi|ano[1] e. v., mil. IIII, | a comm. praeff. | praet., praesidi | et proc. prov. | Epiri, item et | proc. quadrages. | portus Asiae et | Bithy[*n*]iae, proc. | prov. M[*oe*]siae in|ferior., proc. | prov. Numidiae | partes praes.[2] | agenti, | C. Pomponius Sa|turninus actu|arius al. Panno.[3]

Cuicul (Djemila) rep. a. 1910 (Cagnat Symb. litt. in honorem Iulii de Petra. p. 322). — 1) *Eiusdem viri est titulus mutilus eodem loco rep. VIII 8328; ad domum eius pertinet VIII 8329.* — 2) *Praesidis.* — 3) *Cf. supra N. 9134 not. 4.*

9491 C. Valerio | T. f. Fab. Rufo honor. decurionalib. | orn. dec. dec., praef. coh. VI praetor.[1], | tr. mil. leg. VII Cl. p. f., misso cum vexillo ab | imp. Nerva Traiano optumo Aug. Ger. | Dacico Parth. Cyprum in expeditionem[2], | praef. alae Gaetulor., praef. imp. | Caesaris Trani *(sic)* Hadriani Aug. p. p., | II virali potestat. f.[3] | L. Careius Adiectus Sedatianus | ob merita.

Beryti rep. a. 1912 (Jalabert c. r. de l'Acad. des inscr. 1912 p. 250 cum imagine p. 249). — 1) *Alius praefectus eiusdem cohortis (auxiliariae) supra N. 8849.* — 2) *Contra Iudaeos rebelles, ut coniecit editor.* — 3) *Functo (sic potius quam:* potestate).

9492 *(torquis inter armillas duas)* militavit annis XXXV, | C. [*T*]i[*t*]urnius[1] Quartio eques legionis III | Gallicae, cui imp̈. Aug.[2] bello Phartico *(sic)* Seleucia | Babylonia[3] torquem et armillas donaverun[*t*] | votum suum reddidi[*t*].

Prope Mateur Africae rep. (Merlin comptes rendus de l'Acad. des inscr. 1913 p. 28 ab alio acceptam). — 1) III VRNIVS *apographum.* — 2) *Imperatores Augusti (Severus cum filio, a. 198?).* — 3) *Cf. Plin. hist. nat. 6, 122.*

9493 numinib[*us Aug.*] | aram pos[*ui*]t in|tra scholam | po[*l*]ionum[1] leg. | IIII[2] [*e*]t aediculam | e pariete scal|psit et inpen|dio suo fecit T. | Fl. Super Cepula[3] | scaenicus[4] ho|nesta missione | missus ex leg. | XXX U. v. p. f.[5] sub cu|ra Saturi Cen|sorini proc. Aug.[6] | D. n. N.[7] Apro et Maximo cos.[8]

Lugduni in colle Fourvière rep. (Germain de Montauzan et P. Fabia Revue des études anciennes 1913 p. 187). — 1) *Cf. supra N. 2430 cum not. 1.* — 2) *Legionum quattuor (sc. exercitus Germanici, cf. not. 5).* — 3) *Agnomen sine dubio iocosum Flavii Superi.* — 4) *Cf. supra N. 2178 not. 79; N. 2179 not. 2.* — 5) *Le-*

gione tricesima Ulpia victrice pia fideli. Milites et veterani huius legionis permagnum numerum titulorum Lugduni reliquerunt, XIII 1828. 1831. 1839. 1841. 1842. 1847 (supra N. 2389). 1873. 1876. 1879. 1883. 1884. 1888. 1891. 1901. 1904. 11178, nec minore numero adsunt milites et veterani alterius legionis Germaniae inferioris, primae Minerviae: XIII 1797. 1832. 1844 (supra N. 2463). 1846. 1856. 1861. 1862. 1881. 1885. 1887. 1893. 1895. 1906 (supra N. 7531), aliquanto pauciores milites et veterani legionum duarum Germaniae superioris, duoetvicesimae Primigeniae XIII 1830. 1837 (supra N. 2312). 1838. 1851. 1863. 1868. 1872. 1877. 1882. 1902. 1907 et octavae Augustae XIII 1850 (supra N. 2405). 1860. 1874. 1889. 1896. 1897. 1903 (supra N. 2407). Videntur vexillationes quattuor illarum legionum tetendisse Lugduni sub Septimio Severo et eius successoribus, ut coniecit Domaszewski Rangordnung des roem. Heers p. 65. — 6) *Inter milites Lugduni morantes non pauci adsunt beneficiarii, exacti cet. procuratoris Augusti (supra N. 2389; XIII 1905 cet.).* — 7) *Dedicata nonis Novembribus.* — 8) *A. 207.*

9494 . . . . . u|. . militi cohor. VI pr.[1], | Ostienses locum sepult. | dederunt | publicoque funere efferun. | decrerunt | quod in incendio | restinguendo interit. | In f. p. XII, | in ag. p. XXV.

Ostiae extra portam Romanam (Vaglieri Notizie degli scavi 1912 p. 23). — 1) *Alii eiusdem cohortis milites Ostiae sepulti XIV 215. 223. Praeterea fortasse ad eandem cohortem sextam (non ad cohortem sextam vigilum) pertinet, ut coniecit Vaglieri, tegula Ostiae reperta et ita inscripta:* coh. VI *7* Mari | He . . . . *(Notizie 1910 p. 514).*

9495 Augusto deo [1] | cives Romani [2] | qui Thinissut [3] | negotiantur, | curatore L. Fabricio.

Prope Bir-bu-Rekba, ibi ubi N. 9291, rep. (Merlin comptes rendus de l'Acad. des inscr. 1911 p. 836). — 1) *Titulus positus Augusto vivo. Cf. supra N. 109. 7038* — 2) *Cf. supra N. 6774 seq.* — 3) *Nomen loci praeterea ignotum. Fortasse idem nomen in t. Punico memorato N. 9291 not. scriptum litteris Punicis: TNSMT.*

9496 imp. Caes. | divi Nervae f. | Nerva Traianus | Aug. Germ. Dacic. | pont. max., trib. p. XII [1], | imp. VI, cos. V, p. p. | viam novam Traian.[2] | a Volsinis ad fines | Clusinorum fecit. | XIII.

Inter Clusium et Bolsenam, prope vicum Allerona rep. (Galli Notizie degli scavi 1913 p. 342). — 1) *Dec. 107/8 (cf. N. 289).* — 2) *Curatores huius viae memorantur in inscriptionibus supra N. 1038. 1052. 1109, ex quibus colligi potest eam Cassiae et Clodiae contiguam fuisse. Fuit una ex tribus viis Traianis, memoratis in aliis inscriptionibus curatorum viarum supra N. 1059. 1093. Videtur Traianus partes aliquas viae Cassiae in brevius reduxisse; eae partes appellatae viae Traianae.*

9497 imp. Caesar | divi Traiani | Parthici fil. | divi Nervae nep. | Traianus Hadrianus | Aug. pont. max., | trib. pot. VII[1], cos. III, | viam Cassiam | vetustate collabsam | a Clusinorum finibus | Florentiam perduxit[2]. | Milia passuum | [*a*]b [*Florentia* | *L*]XXVI.

Montepulciani, deinde Florentiae (XI 6668 vidit Borman). — 1) *A. 123.* — 2) *Cf. CIL. XI p. 1011. Nissen ital. Landeskunde II p. 295.*

9498 imp. Caes. | M. Aemilio | Aem[*i*]liano[1] | invicto pio | felice Aug.[2] pontifici | maximo, trib. pot., | patri patriae, cons., procos. | et C. Co[*rne*]liae [*S*]u[*p*]e[*r*]ae Aug.[3] | [*con*]i[*u*]gi eius, res p. | col. Cuiculitanor. | devota numini | maiestatique | eorum vias torren|tibus exhaustas[4] | restituit.

Cuicul (Djemila) rep. a. 1910 (Cagnat Revue des publ. épigraphiques 1911 n. 104 vidit ectypum). — 1) *Quae punctis subiectis notavimus, erasa sunt sed pleraque leguntur.* — 2) *A. 253. Cf. supra N. 529. 530.* — 3) *Superam hanc, antea ex nummis tantum notam, Aemiliani coniugem fuisse iam conieccerat Eckhel 7, 375.* — 4) *Cf. N. 5871.*

9499 C. Rutilio C. f. | Stel. Gallico[1] | trib. mil. leg. XIII | Geminae, q., aedili curuli, | legato divi Claudi leg. XV | Apollinaris[2], pr., legato | provinciae Galaticae[3], | sodali Augustali[4], | consuli designato | M. Aemilius M. f. Pal. | Pius praef. coh. I Bosp. | et coh. I Hisp. legato.

Ephesi rep. a. 1913 (I. Keil oesterr. Jahresh. 17 [1915] p. 194). — 1) *Idem qui supra N. 1007. 1008. 5025. 5955. 9052.* — 2) *Ut legatus legionis decimae quintae Apollinaris videtur memorari in t. Pannonico III 4591 anni p. Chr. 53 vel 54, antea male intellecto (cf. I. Keil l. c.). Legationem hanc memoravit etiam Statius silv. 1, 4, 78, sed loco non suo.* — 3) *De legatione Galatica Gallici pluribus verbis egit Statius. Adiutorem Corbulonis eum fuisse putat Keil.* — 4) *A. 68, cf. supra N. 5025.*

9500 M. Papio M. fil. | Papir. Marci|ano equo pu|bl. exornato | et sacrorum | publicorum | causa luperco | facto[1] | Claudia Mar|ciana mater | pro insigni ob|sequio et pie|tate eius po|suit. L. d. d. d.

Cuicul (Djemila) rep. (Cagnat revue afr. 1913 p. 352). — 1) *Cf. N. 4949 cum not.*

9501 . . . . | ad . . . . | proc. ad dioecesin Alexandr[*eae, proc. Aug.*] | ad census accipiendos trium civ[*itatium*] | Ambianorum Murrinorum[1] Atreba[*tium*], | proc. ad alimenta, praef. classis Flav[*iae*] | Pannonicae, trib. milit. leg. XII Fulmin[*atae*] . . .

Ostiae rep. a. 1913 (Vaglieri Notizie degli scavi 1913 p. 15). Tractavit Villefosse mém. des antiquaires de France 73, 1914 p. 249 seq. — 1) *Intelleguntur Morini.*

9502 C. Carista[*nio*] | C. f. Ser. Front[*oni*] | Caesiano Iuli[*o*][1] | praef. fab., pon[*tif.*], | sacerdoti, prae[*f.*] | P. Sulpici Quirini[2] IIv[*iri*][3] | praefecto M. Servili[4]. | Huic primo omnium | publice d. d. statua | posita est.

9503 C. Caristani[*o C. f. Ser.*] | Frontoni Caesiano | Iulio praef. fabr., trib. mil. | leg. XII Fulm., praef. coh. Bos[*p.*], | pontif., praef. P. Sulpici Quirini | IIvir., praef. M. Servili, praef. | . . .

Yalowadj (vel prope eum locum), ubi fuit Antiochia Pisidiae (descriptas a W. M. Ramsay ed. Cheesman Journal of Roman studies 1913 p. 253. 254, priorem ipse Ramsay Expositor mense Nov. 1912). — 1) *Ex maioribus Caristanii Frontonis supra N. 9485.* — 2) *Vir notissimus, consul a. p. Chr. 742, cf. supra N. 918. 2683. Duovir Antiochiae potest fuisse cum C. Caesarem Augusti filium in Orientem comitaretur (Tac. ann. 3, 48).* — 3) *Cf. N. 2906.* — 4) *Consul a. p. Chr. 3 ut videtur, hic quoque sine dubio duovir Antiochiae.*

9504 l. v. s.[1] | Ti. Claudiu[*s*] | Epinicus | proc. et prae|gustator[2] et | a secretis Aug.[3], | VIvir Aug. c. C.[4] | d. d., ex mandatu | Caristanior. | Droserae et | Mileti parenti|um suorum[5] | posuit.

Prope Antiochiam Pisidiae in ruderibus sacrarii Menis rep. (Cheesman Journal of Roman studies 1913 p. 258). — 1) *Libens votum solverunt (Drosera et Miletus).* — 2) *Cf. N. 1567. 1734. 1796. 1797.* — 3) *Munus hoc praeterea ignotum. Ceterum apparet praegustatorem non ultimo loco fuisse in domo Claudii vel Neronis.* — 4) *Colonia Caesarea.* — 5) *Videtur Epinicus etiamtum servus ex domo Caristaniorum transisse in familiam Augusti.*

9505 . . *A*]ug. l. Epaphrodit[*o* | *apparitori Cae*]sarum, viatori tribunic[*io*, | . . . *hastis p*]uris coronis aureis dona[*to*][1].

Romae in Esquiliis non longe a Minerva medica quae dicitur reperta, pars monumenti sepulcralis (Notizie degli scavi 1913 p. 466). — 1) *Nota libertum imperatoris donis militaribus donatum. Fecit id Claudius triumpho Britannico (Suet. Cl. 28), sed fecerunt fortasse etiam alii imperatores.*

9506 . . . . . M. f. Fal. | Bassus [*prae*]f. coh. pr. Antioch., | [*prae*]f. coh. pr. Brittonu[*m*, | *pra*]ef. alae Moesic., | [*pro*]c. imp. Caes. Trai|[*ani*] Hadriani Aug. ad | XXXX Gall. item ad | censum agend. Ponto | Bithyniae, epistra|teg. Pelusio[1] item | Thebaidis, proc. | provinciae Iudae|ae t. p. i.

Prope Album Intimilium (Ventimiglia) rep. (Giglioli Notizie degli scavi 1914 p. 81). — 1) *Ita appellatum esse epistrategum Aegypti τῆς κάτω χώρας nunc primum discimus.*

9507 P. Flavio P. fil. Pal. | Prisco e. v., | equestris ordinis | religiosa disciplina | ad centena[1] provecto, | pontifici et dictatori | Albano[2] primo[3], annos | viginti octo agenti, | qq. c. p.[4], patr. colon. Ost., | sacerd. Geni colon.[5], | patr. corp. pistorum, | corp. mesorum | frum. Ost.[6] patron. *(In latere sinistro)* dedicata kale|ndis Martis | Aemiliano ite|rum et Aquilin|o cos.[7]

Ostiae (Vaglieri Notizie degli scavi 1912 p. 347). — 1) *Nummum milia (annua).* — 2) *Cf. supra N. 4955. 4966.* — 3) *Conferendus Volcani praetor primus Ostiae (supra N. 6143 cet.).* — 4) *Quinquennali censoria potestate.* — 5) *Cf. supra N. 6141.* — 6) *Cf. supra N. 1429. 6155.* — 7) *A. 244,*

9508 . . . . . [*legationes*] plures gratuitas a[*equ*]e | susceperat, sequen[*t*]i lega|tione aeq[*ue*] Italica et gratui|ta[1] suscepta post expl[*i*]citio|nem rediens col. Ostis de|functus est, p. vix. an. | XXXII m. III d. XI.

Thuburnicae provinciae proconsularis Africae rep. (Carton bull. des antiquaires 1911 p. 215). — 1) *Cf. N. 6732. 6780 cet.*

9509 Calpurnius Io|vinus Iulio Ch|arelampe *(sic)* fra tri carissimo fe|cit, sacerdoti | Matri *(sic)* deum colo|niae Ostiensium | qui induxit arbores X|VIIII[1], vixit annis XLVIII | mensibus II.

Ostiae (Vaglieri Notizie degli scavi 1913 p. 234). — 1) *Fortasse intellegendum: per annos XIX. Cf. Arnob. 5, 16: pinus quam semper statutis diebus in deum Matris intromittitis sanctuario; fasti Philocal. ad d. Mart. 22 (CIL. I ed. 2 p. 313): arbor intrat, et quae ibi adnotavit Mommsen.*

9510 α ☧ ω | coloni colonie | Marchiane[1] Traiane | Thamogadiensis | Elio Iuliano fl. pp.[2] presidali[3] | ob reparationem civitatis | ordo et populus | tabula patronatus | obtulerunt.

Thamugade (Timgâd) rep., tabula aenea (Cagnat Revue des public. épigr. 1913 n. 25, Carcopino Revue afr. 1913 p. 164). Tabulam patronatus eiusdem fere aetatis habes supra N. 6116. — 1) *Cf. supra N. 6841. —* 2) *Memoratur in albo ordinis Thamugadensis VIII 2403 (supra N. 6122) inter flamines perpetuos triginta sex loco decimo quarto (cf. Mommsen Ges. Schr. 8 p. 314 not. 4), praeterea supra N. 5554, qui titulus spectat ad reparationem civitatis ei hic attributam. —* 3) *Vocabulum enucleavit Carcopino. Praeses provinciae alicuius fuerat Iulianus; dignitatis indicandae causa vocabulum adiectum (cf. titulum Lugdunensem XIII 1796; Symmach. ep. 4, 70).*

9511 M. Taracius M. f. q., mag., Demetrae d.

9511[a] C. Caedicius Ↄ. l. Diphilus Demetrae d. d. l. m.

Cumis ut dicitur rep., nunc Stuttgart, rotae duae aeneae (vidit Barthel et misit a. 1912).

9512 Tongius | Bouti f. | Vestae | v. s. | [*l. m.*]

Arroyo del Puerco pr. Cáceres, provinciae Lusitaniae (Fita bol. de la Acad. 60, 1912 p. 438).

9513 Pali sanct. | pastorali | C. Iul. Valen[*s*] | dec. col. R[*at.*]

Arčar, ubi fuit Ratiaria Moesiae, rep., est Widin (Kazarow Mitt. Roem. arch. Inst. 28, 1913 p. 194).

9514 L. Acilius Clodianus | eques Roman. | decurialis[1] pro reditu | ex provinciai Cupri, item | aliarum provinciarum, vo|to suscepto signum | Iovi Olumpio Corinthiu[*m*] | consecravit cum filis.

Romae, piazza Venezia, rep. (Gatti bull. comunale 1911 p. 179; vidit Bang). — 1) *Cf. N. 6611 (not. 4). 6934. 7515.*

9515 deae Aechatae | pro salutae | Aeliae Satur|ninae coniugis | suae Aeren|nius Gemelli|nus[1] tribunus | statum con|iugis redemit | ex visu et | v. s. l. m.

Sarmizegetusae (Várhely) in Dacia rep. (Béla Iánó arch. értesitö 1912 p. 51). — 1) *Idem Herennius Gemellinus pro salute coniugis eodem loco posuit III S. 7901, coniux pro salute illius III 1625; ex hoc titulo apparet eum procuratorem provinciae fuisse loco praesidis.*

9516 Aug. sac. | deae | Souconn|ae[1] | oppidani | Cabilonn|enses[2] | p. c.

Chalon-sur-Saône, ubi fuit Cabilonnum (cf. XIII p. 408), rep. (Villefosse comptes rendus de l'Acad. des inscr. 1912 p. 678 vidit ectypum). — 1) *Cf. N. 9313.* — 2) Cabilonn- *etiam nummi aetatis Merowingicae, quos citat Villef.;* Cabillon- *vel* Cavillon- *vulgo.*

9517 [*C*]oncordiae Aug. | sacrum | C. Clodius C. f. Magnus et C. | Clodius Crescens pater arg. | imagines III et signum cum suis ornamentis et | basi pigmentaris et miniaris sua pec. d. d.

Romae inter Tiberim et montem Testaceum ut dicebatur reperta (H. L. Wilson American journal of archaeology 1912 p. 94)

9518 Phoebo | Domitiae | Domitiani[1] ser. | Domitia Athenais | fratri et Ianuarius | cognatus ex collegio[2] | heroi[3] Corbulonis et Longinae[4] | p.

Prope vicum Caporciano agri Peltuinatis rep. (Persichetti Roem. Mitth. 27, 1912 p. 309 cf. p. 307). In eadem regione reperti sunt tituli complures ad domum Domitiae pertinentes, IX 3419. 3432 cf. 3418. 3438. — 1) *Cf. N. 271. 272. 1886ᵃ cet.* — 2) *Collegium cui mandata erat cura monumenti alicuius, memoriae Corbulonis et Longinae (cf. 272) dicati, vel etiam ipsius mausolei eorum, cf. supra N. 8378, item N. 7329.* — 3) *Intellege: τοῦ ἡρῴου.* — 4) *Aut ipsa Domitia Domitiani, Longina etiam alibi dicta, aut mater eius, uxor Corbulonis, praeterea ignota (nisi ad eam spectat IX 3426).*

9519 M. Albius M. l. Philer.[1]

Figura humana inimica[2] ardore ignescitur[3],
cinerescut *(sic)* conquieta membra animantium. Hem![4]

Romae rep. ante portam Praenestinam in columbario quodam, tabula marmorea lata m. 0,55 (Ghislanzoni Notizie degli scavi 1912 p. 87). — 1) *Phileros.* — 2) inimici *Nonius (cf. not. 3), recte ut videtur.* — 3) *Hunc versum ex Colace Laberii citat Nonius p. 481.* — 4) *Hem in fine versus positum etiam apud Terentium Andr. 590. 592. 859. 928.*

9520 Sentia | Saturnini[1] | Cn. l. Soteris. | Tutost agros | oecia cepos taphos[2].

Monte-Compatri-Colonna agri Tusculani in hortis ducis Gallese (Bull. archeologic. comunale di Roma 1913 ad ectypum datum a Ioh. Kaiser). — 1) *Cognomen patroni, qui videtur fuisse Cn. Sentius Saturninus consul a. p. Chr. 4, fortasse postea insertum.* — 2) *Intellege: τοῦτ' ἐστιν ἀγρός, οἰκία, κῆπος, τάφος.*

9521 amici ego vos | hic exspecto, | Leo nomine et | signo Leontius.

Romae in coemeterio Iudaeorum via Portuensi, rep. fossionibus Mülleri nostri a. 1904/5 (Schneider-Graziosi nuovo bullett. di arch. crist. 21, 1915 p. 44 n. 100).

Ex actis fratrum Arvalium anni p. Chr. 240.

9522 . . . .[1]

VI kal. Iun.[2]

in domu Fab. Fortuna[*ti*][3] promag. q. e.[4] in clivo capsar. in Aventino maior.[5] sacrif. deae Diae concepit prim. mane[6] et frug. virid. et arid. conteg. et pan. laureat., et deam unguentavit et ceteri sacerdotes praetextati bittati ture et vino fecer. et frug. virid. et arid. conteger. cum panib. laureatis et deam unguentaver. et in cathedr. conseder. et sport. acc. sing. X C. Promerid. *(sic)* promag. lotus cenatorio albo accepto triclinio discubuit et epulatus est; et pueri patrimi et matrimi senatorum fili catredr. *(sic)* conseder. L. Alfenius Vir. Iulianus, L. Alf. Vir. Avitianus[7], et ad epulandum consederunt et epulati sunt. Post aepulas ante promg. mensa remota est et aquam in manus acc. et torale segmentatu positum est, et ture et vino fec. ministrantibus pueris praetextatis, et cum public. ad ar. pertulerunt. Promag. sport. acc. et coronas convibal.

(plura perierunt cum principio paginae secundae)

[*IIII kal. Iun.*][8]

[*in luco deae Diae Fab. Fortunatus Victorinus promag. ad aram*] [*immolavit porcilias piaculares n. II luci coinquiendi*] [*et operis faciundi, ibi vaccam honorari*]am deae Dia[*e immolavit et inde in tetrastu*]lo reversus subsellis conse[*dit. Deinde reversus ad ar*]am deae Diae extas porciliarum reddidit, et ad foculum arg.[9] exta bacchae[10] reddidit, f[*elic.*] dix. et in tetrastulum reversus est et subsellis c[*ons.*] et in codice cavit se adfuisse et sacr. fecisse et extas [*red*]didisse; praetexta deposuit et in balneo ibit[11]. Rever[*sus*] collegas suos venientes excepit: postquam plenus nu[*me*]rus collegarum convenit, tunc utrique praetexta po[*s.*] et in tetrastulo subsell. cons. et in codice caver. se adfuisse et sacr. fecisse et mensa pumila sine ferro ante ipsos posita est et panes siligineos accep. et de sangunculo porciliarum vesciti sunt et de porcilias partiti et epulati sunt, et in tetrastulo capita velaverunt[13] et lucum ascender. et promag. et flam. struib. et fert. fecer. et immol. agna op.[14] alba, ad litatione exta inspexerunt et reddiderunt et inde in aede introierunt[15] et in mensa et in caespite ante deam in mensa offis[16] coniunctis lac-

tis iocinoris facinoris[17] ter ternis fecer., item humis[18] bis ternis super caespite fecer. Item foras ad ar. reversi offis tribus fertis tribus praecati sunt[19]. Deinde in[20] reversi ollas cum pultes precati sunt et conteg.[21] et promag. et flam. et publ.[22] duo sacerdotes[23] oll. acc. et ianuis apertis per clivum Matri Larum cenam iactaverunt[24]. Inde osteis clusis subsellis marmoreis consed. et pan. laureat. siligineos famil. et off. diviser.[25] Item de aede exierunt[26] et ante aram steterunt et promag. et flam. duos collegas suos ad fruges petendas miser., et promag. et flam. cum scifis vini reversi cum frugib. dextra scifos deder. laeva frug. acc.[27] Deinde carm. dixer.[28] Et inde ad aram omnes acerris ture scyfis vini mulsi lactis mellis passi fecer., deinde corbul. cum panificia[29] pro tesauris ad aram fecerunt[30]. Deinde in aede reversi sunt[31] et libellos acc. et tripodantes carm. legerunt[32]. Et sign. dato official. libellos reddid. Deinde deas unguentaverunt[33] et cereos adcendederunt *(sic)* et ianua mediana deae Diae aperta est. Coronae donaticae deae Diae, citante Aresconte Maniliano[34] comm.[35] d. n. Gordiani Aug. et nomina ceterorum sacerdotum, inlatae sunt[36]. Deinde libellum legent[37] et in annum prox. qui[38] ex Saturnalibus [*p*]rimis mag. I[39] et flam. nominant. Ibi felicia dixerunt et de aede praetextati descender. et in papil. suos ad mutand. introier.[40] et cenatoriis alb. acc. et cullaribus verbec. in tetrast.

(quae sequuntur perierunt cum pagina tertia paene tota)

Ex tabula marmorea, quae continebat acta fratrum Arvalium a. 240, reperta a. 1914 Romae sub ecclesia S. Chrysogoni (Mancini et Marucchi Notizie degli scavi 1914 p. 466. 467 cum tab.). — 1) *Omisi quae ex initio primae paginae supersunt indictionem sacri deae Diae mense Ianuario factam (cf. N. 5036), expiationem quandam similem earum quae sunt N. 5047. 5048, cooptationem Armenii Titiani in locum Fl. Archesilai factam ex litteris imperatoris Gordiani tribunicia potestate tertium, unde constat de anno; recepi tantum quae supersunt de sacrificio deae Diae.* — 2) *27. Mai, qui fuit dies primus sacrificii.* — 3) *Fabius Fortunatus Victorinus notus iam ex actis a. 239 (bull. comunale 1911 p. 131). a. 241.* — 4) *Quae est.* — 5) *Clivus capsarius ignotus, nec magis nota ipsa appellatio Aventini maioris (Aventinus minor fortasse intellegebatur ea pars collis ubi est ecclesia Sancti Sabae).* — 6) *Cum hac enarratione sacrorum primi diei conferendae sunt enarrationes N. 5038 et potissimum 5039 init., praeterea VI 2414 (a. 241).* — 7) *Iidem pueri ministraverunt a. 241 (VI 2114 v. 17), ubi superest:* . . . Iulianus, L. Alf. Vir. Avit. Avitian[*us*]. *Filii videantur fuisse L. Alfenii Avitiani fratris Arvalis a. 218 et a. 231.* — 8) *Dies secundus sacri deae Diae, cf. N. 5037. 5038. 5039. 5040.* — 9) *Foculus hic argenteus memoratur eodem loco etiam N. 5038. 5039.* — 10) *Vaccae.* — 11) *Balnei hic mentio nova.* — 13) *Omissa mentio coronarum spicearum, in prioribus huius pompae enarrationibus raro omissa.* —

14) *Opimam.* — 15) *Ter in aedem ingressos ter ex ea processisse fratres Arvales nunc primum agnoscitur.* — 16) *Ad hanc offarum in mensa oblationem spectant ex actis anni 218 dudum nota, sed non recte lecta:* in mensa sacrum fecerunt of[*f*]is *(sic ex ectypo;* o[*ll*]is *antea legebatur)* et ante aedem in cespite promag. et flam. sacr. fecer., *ex actis anni alicuius incerti VI 2109 cum add. Notizie degli scavi 1899 p. 267 (imago Klio 2, 277):* [*in*] caespite ante ia .... coniunct. lacte iocin. fa .... nis super caespite fecer. — 17) *Haec plane obscura sed lectionis certae (cf. etiam not. 16 fin.).* — 18) *Sic legerunt editores, et sic potius quam* rumis *etiam tabula.* — 19) *Plane eodem modo in actis supra (not. 16) citatis:* ite[*m foras ad ar.*] rever[*si*] ... tis trib. prae[c]a[*ti*]. — 20) *Excidit* aedem. — 21) *Haec plane eodem modo eodem loco fuit in actis mutilis supra (not. 16) citatis:* deinde in a[*edem reversi ollas cum pul*]tes praecati co[*nt*]eg., *similiter, sed alio loco, in actis a. 218. 219.* — 22) *Publici.* — 23) sacerdotes *videtur delendum esse.* — 24) *Hic quoque plane consentiunt acta mutila supra (not. 16) citata:* mag. et fl[*am. cum pu*]bl. duos a.. accip. et ianuis a[*p*]ertis per clivum [*M*]atr. Larum [c]e[*nam*] .. *(male decurtavit haec scriptor actorum a. 218 et 219:* osteis apertis per clivum iactaverunt). *Matri Larum Arvales sacra fecerunt etiam in expiationibus maioribus (supra N. 5047. 5048, cf. Henzen act. p. 145). Videndum num ei aliquod commune fuerit cum Larentia Romuli nutrice, fratrum Arvalium qui primi fuerunt matre (Plin. h. n. 18, 2, 6. Gell. 7, 7, 6).* — 25) *Etiam N. 5039. 5040 et in actis anni ignoti (cf. not. 16) cenae illam per clivum iactationem subsequitur partitio panium laureatorum.* — 26) *Secundo de aede procedunt.* — 27) *Haec quoque paene ad verbum in actis anni incerti supra (not. 16) citatis v. 10 seq.:* item de aede exie[*r.*] et ante aram ... [*e*]t flam. Donatus duos colleg. su[*os a*]d frug. peten[*das miser.*, *m*]ag. et flam. cum scyphis vini [*rever*]si cum fru[*gib. dextra scyphos deder.*] laeva frug. acc. *In actis annorum 218 et 219 haec vel similia praecedebant ollarum precationem, unde desunt in actis a. 219 supra mutilis.* — 28) *Etiam in actis anni incerti (VI 2109 v. 11) hoc loco legitur:* deind. car[*m.*] ... — 29) panif- *admittit tabula, et sic sine dubio intellegendum (Iustin. 20, 2, 7);* canif- *praetulerunt editores.* — 30) *Similiter, sed paullo brevius, videntur haec enarrata fuisse in actis citatis not. 16:* [*i*]nde ad ar ..... fec., deinde corbul. cum ...; *acta anni 218 haec omnia aliter ordinaverunt.* — 31) *Iam tertio in aedem ingrediuntur.* — 32) *Non solum ipsum carmen, perscriptum in actis a. 218, omittitur, sed etiam aedem clausam esse, omnes foras exiisse, alia.* — 33) *Unctio haec dearum in actis a. 218 et 219 praecedit tripodationem carminis.* — 34) *Arescon hic Manilianus commentariensis memoratur etiam in actis anni 241 (VI 2414 v. 23), sed in enarratione sacrorum diei primi, divisionis ut videtur curam agens. Praeterea commentariensis memoratur in expiatione quadam anno 221 (VI 2105 v. 18), una cum publicis.* — 35) *Insere: nomen.* — 36) *Narrationem similem de inlatione coronarum videtur ante oculos habuisse scriptor actorum a. 219 (N. 5040), sed eam male decurtavit (acta anni 218 iam deficiunt); in actis antiquioribus inlatio haec coronarum breviter tantum memoratur (cf. N. 5037).* — 37) *Intellege: legerunt (vel: legunt). Quo pertineat haec lectio obscurum.* — 38) qui *abundat,* 39) *item* I *numerus(?); contra desunt nomina magistri et flaminis.* — 40) *Haec simili modo enarrata erant in actis anni incerti VI 32391.*

ADDENDA ET CORRIGENDA.

B.

ADDENDA ET CORRIGENDA AD INSCRIPTIONES SUPRA EDITAS.

1. *De vestigiis scripturae erasae cf. Huelsen VI 31588*

15. *Imaginem optimam ed. Gradenwitz add. ad Brunsii fontes iuris Romani, simulacra (1912) tab. II*

18. *Imagines Ritscheliana multo meliores dederunt Widmann et Fischer Illustrierte Weltgeschichte I² p. 389; Gradenwitz add. ad Brunsii fontes iuris Romani, simulacra (1912) tab. III; Diehl inscriptiones Latinae (tabb. in usum scholarum fasc. 4, Bonn 1912) tab. 5. — 16 scr.* exstrad *(non* extrad), *ut v. 29*

19. *Ectypum quoddam nuper repertum lectionem traditam in summa re confirmat (Eph. epigr. 9 p. 469 ad n. 3584)*

24. *Accessit similis terminus (sed cognominibus triumvirorum carens) repertus prope Atenam Lucaniae, Barnabei Notizie degli scavi 1897 p. 124 (cf. Mommseni Ges. Schriften 5 p. 99 not.)*

26. *XI 6331 vidit Bormann* — 28. *VIII S. 12535*

29. *VI 32991 vidit Huelsen* — 30. 32. *VI 30922. 30927*

38. *Imaginem dedit Gradenwitz add. ad Brunsii fontes iuris Romani, simulacra tab. X. Iam CIL. I ed. 2 n. 589.* I 12 loca *(non* loco). — I 18–27 *quae inclinatis dedi (cf. not. 8), ex apographo antiquo hausta esse putans, coniectura suppleta sunt et ex parte sine dubio falsa; cf. Bormann Festschrift O. Hirschfeld (1903) p. 435 seq. —* II 36 *scr.* publicanei *(pro* publicani)

55. *Iam CIL. I² p. 193 n. XI; VI 31611. Vestigia ultimi versus incerta sunt. — Similium elogiorum frustula nonnulla prodierunt in eruderanda basilica Aemilia fori Romani, cf. Huelsen Klio 1902 p. 263 (iam VI auctar. 37042. 37048)*

69. *Locus de duobus prioribus triumphis Tarquinii Prisci reperto novo fragmento iam sic expletus est (Notizie degli scavi 1904 p. 9)*

[*L.*] Tarquinius Damarati f. an. CLVI..
Priscus rex de Latineis k. Quinct.
L. Tarquinius Damarati f. an. CLXV
Priscus rex II de Etrusceis k. Apr.

104. *XI 6219*

107. *Imaginem photographicam paginae codicis Einsidlensis, qua continetur huius inscriptionis unicum apographum, edidit Huelsen 'la pianta di Roma dell' anonimo Einsidlense' (diss. dell' acc. pontif. rom. di archeologia 1906) tab. X. — Ex t. 4 v. 4 removendum vocabulum* augurique, *ad t. 5 addendum* auguri, q. *(ut male honoribus Tiberii interponitur auguratus, sic apte Germanico attribuuntur auguratus et quaestura, quo solo honore tunc functus erat; sane statuendum erit, errore scriptum esse in codice* augurique *pro* auguri q.). *Monuit Seeck.*

112. *Imaginem partis anticae Gradenwitz add. ad Brunsii fontes, simulacra tab. XIII*

128. *Iam VI 31270, ubi sic supplevit Huelsen:* M. Ag[*rippa L. f.*] | aed[*ilis auctore*] | imp. Cae[*sare divi f.* | *II*]Ivir. r[*ei p. c. aedicul.* | *vi*]ci Salu[*taris refic. cur.*]

136. *Accesserunt frustula duo, a. 1899 variis locis fori reperta, unde sic scribe initium:* L. Cae[*sa*]ri [*Aug. f., divi n.* | *p*]rincipi iuventutis. *Cf. Huelsen Roem. Mitt. 1899 p. 260, Klio 2, 1902 p. 238*

151. *Eiusdem viae multi alii miliarii eadem inscriptione inscripti — nisi quod numerus milium est diversus — nuper reperti sunt, cf. Toutain mém. de la soc. des Antiquaires de Fr. 64, 1905 p. 153 seq.*

156. *De monumento insigni post O. Jahnium egit V. Spinazzola, Atti dell' Accademia napol. di archeologia, lettere e belle arti 22 (1902) II p. 119 seq. additis imaginibus (cf. Rendiconti Accad. nap. 1893 p. 69) qui vocabula Sardium et puelli cuiusdam imaginibus subscripta (nam figurae urbis Sardianae adstat puer nudus) nondum recte lecta sic enucleavisse sibi visus est:* [*Tyr*]rhenia, Sa[*rde*]s, Peloponnesos. *Tyrrhenum et Pelopem consanguineos suos fuisse Sardiani coram senatu Romano his ipsis temporibus iactaverunt (Tac. ann. 4, 55), ut docte monuit Spinazzola*

163. *Ab iisdem Paulo et Floro Salvienis positus est titulus in eadem regione repertus quem edid. Persichetti Roem. Mitt. 1912 p. 309 n. 7*

175. *Vere est Alexandrina; certe illinc se habuisse a. 1776 possessor narravit Oberlinio (A. L. Schlözer Briefwechsel V p. 362); cf. Jung arch. ep. Mitt. 16, 1893 p. 15; Villefosse mém. des antiquaires de Fr. 66, 1906 p. 302*

190. *Iam vide Mommseni Ges. Schriften 8, 462 seq.*

197. *Iam XIII 1194 vidit Hirschfeld* 201. *Iam XI 5999*

206. *Imaginem Gradenwitz tab. XV*

213. *Iam VI 31537. Accessit quintum exemplum Notizie degli scavi 1909 p. 45. Sextum videtur nondum editum esse*

229. *Imaginem maioris partis (v. 22—fin.) dedit Diehl tab. in usum scholar., inscr. Lat. tab. 25, ubi nescio quo errore v. 48 litterae Claudianae substituta est vulgaris* v.

231 *fin. retine, ut traditur,* T. Iûlium *(cf. III S. p. 2316*[46] *n. 14207*[34]*; Kalinka antike Denkmäler in Bulgarien, Wien 1906 p. 18 n. 19). Idem homo XV 7167*

234. *Iam IV S. 3726*

235. *XIII 8701* 237 *III S. 8702* 240. *VI 31723*

244. *Imaginem optimam Gradenwitz tab. XVI*

258. *VI 31294* 260. *XI 6000 vidit Bormann* 273 *XI 5743*

281. *VI 31297* 285. *Scr.* cos. IIII *(pro* cos. III)

299. *Iam XI 6622* 328. *Iam XI 5989* 331. *Est VI 998 (non 988)*

345 *finem versus supplendum* colonia Con[*cordia cet., cf. N. 9469*

362. *Iam XIII 8500* 371. *III S. 7969*

377. *VIII S. 11926 vidit Cagnat* 380. *XI 5931*

386. *VIII S. 11323 vidit Cagnat; inter v. 1 et 2 insere* Caesari

394. Labrase *nomen non sollicitandum (in eod. v. ante* et *adde* mil.). *Imaginem photographicam edidit Rostowzew in ephemeride quadam Russica*

395. *Cf. N. 8913* 396. *VIII S. 20816*

398. *Nomen dedicantis recte lectum esse* M. Antonius M. f. Gai[*onas*] *iam constat, cf. Gauckler Comptes rendus de l'Acad. des inscr. 1907 p. 143, Huelsen Roem. Mitt. 1907 p. 245, praesertim repertis in Ianiculo ibi ubi N. 9282 duobus aliis titulis ab eo positis, in quorum altero appellatur* Gaionas cistiber Augustorum, *in altero Γαιωνᾶς δειπνοκρίτης (Huelsen l. c. p. 235; VI auctar. 36793. 36804)*

410. *Iam XIII 4323* 419. *Iam XIII 6800*
424. *Scr. (non multum a fine)* plurifariam
428. *Iam XIII 6659* 433. *Iam XIII 7417* 436. *VIII S. 11018*
439. 440. *VIII S. 19493. 19494* 443. *VIII S. 17214.* 446. *VIII S. 17870*
448. *Iam VIII S. 20153; post* Parth. max. *insere* pont. max.
449. *Iam VIII S. 17259 ectypum vidit Schmidt, unde corrige:* imp. Caes., imp. Caes. | L. Septimi Severi Pertina|cis Aug. Pii Arabici Adiabe|nici Part. pontific. fil., *cet.; in sequentibus quadratarius errore primum scripserat* abnepotis, adnepotis, proadnepotis
452. *Iam VI 31338* a 457. *Iam VI auctar. 36941. In fine fortasse intellegendum: plebs cuncta urbana regionis undecimae (Bang l. c.)*
461. 461 a. *XV 7505.* 462. 462 a. *XV 7331* 472. *Iam XIII 9104*
484. *VI (auctar.) 36775 vidit Bang. Dele* Pii *vocabulum*
493. *VIII S. 12515, XIII 592* 507. *III S. 10619* 509. *Iam XI 6107*
522. *Iam III S. 10624. In fine emenda:* ala I T[*hracum* ...
532. *Iam XIII 9103*
